2

HAWARDEN
CASTLE
LIBRARY.
MMI10
PLEASE RETURN
TO BOOKCASE.

kseqxx l E

1282/
W

In hoc Codice
(: qui Saeculo XV. scriptus esse videtur :)
continentur

Hegesippi De Excidio Hierosolymitano Lib. V.

Incipiunt quinque libri Egeſippi Natione Iudei De Excidio
iudeoꝝ Editi Incipit prologus :·

QVATTVOR libros regnorum quoſ ſcriptura cõplexa eſt ſacra: etiam ipſe ſtilo pſecutus ſũ uſque ad captiuitatẽ iudeoꝝ: muriq; excidium, & babiloniſ triũphos hiſtorie ĩ morem compoſui. machabeoꝝ quoque res geſtas propheticus ſermo paucis abſoluit. reliquorum geſta ut ioſephus pſecutus eſt: ego ſuperetiã pſecutus uſque ad incendium templi. & manubias titi ceſaris relator egregius hiſtorico ſtilo ioſephus utinam tam religioni & ueritati attentus: quam rerum indagini & ſermonum ſobrietati. conſortem ſe enĩ pfidie iudeorũ, etiam in ipõ ſermone exhibuit: quam de eorum ſupplicio manifeſtauit. Et quoꝝ arma deſeruit, eoꝝ tñ ſacrilegia ñ dereliquit. deplorauit flebiliter erũpnam. ſed ipſius cauſam erũpne ñ ĩtellexit. Vnde nobis cure fuit non ĩgenij ope fretis, ſed fidei intentione ĩ hiſtoriã iudeoꝝ ultra ſcripture ſeriem ſacre paulisper introrſum pergere. ut tanquam in ſpiniſ roſam querentes: inter ſeua impiorum facinora que digno impietatis precio ſoluta ſunt, eruamus aliqua uel de reuerentia ſacre legis. l de ſcẽ religionis inſtitutioniſque miraculo. que magis licet heredibus uel in aduerſis optentui fuerint l honori in pſperis: ſimul quod eſt indiciũ domeſtice impbitatis liqueat uniuerſis quod ipſi ſibi proprie cladis auctores fuere. Primum quod alia ciuitãtes romanos in ſe conuerterint. & ad cognitionẽ regni ſui inuitauerint. quibus ignorari ſatius fuit: rogauerunt amiciciam: fidem non ſeruaturi. Pacẽ uiolauerũt uirtute ĩpares: poſtremo bellum intulerunt, quibus ſpes omĩs ĩ menibus non in uiribus erat. cũ

ſit omniũ miſerabile claudi obſidione. Que etiam ſi bene pro
cedit: augere ſepius quã minuere pericula ſolet. Ac ne quis
uatum fide & ſuperfluum putet nos ſuſcepiſſe negotium:
ideo per principes ductum hebreorum generis omne cõſiderare
mus. ut liquido clareat: utrum a femoribus iude unſquam
generatiõis eius ſucceſſio claudicauerit: an uero offenderit in
principum ſerie ſed manſerit in eo cui repoſita manebant oĩa
& ipſe erat ſpes gentium. hinc igitur ſumam exordium. Ex
plicit prologus. Incipit Liber primus.

parthicũ bellũ inter machabeos et medos

BELLO parthico quod inter machabeos duces / gentemque
medorum / diuturna ac frequens / uariaque uicto
ria fuit: incentiuum principium dedit / ſacrile
gii dolor. quia rex antiochus cui nomẽ illuſtris:

Anthiocus Illuſtris.

antiochi regis filius: ubi egiptum quoque ſuo imperio
adiunxerit: in ſuperbiam elatus / quod ei incerta bellorum proſpera
iuſſent: ritus cerimonias i. legales obſeruantias hebreorum negli
gi: miniſteriaque eorum prophanari iuſſerat. idque poſtulantibus
pleriſque iudeis ſtatuere auſus. Quod factum mathathias

Mathatias. Sacerdos.

ſacerdos pati nequiuit. nec ſolum ipſe temperauit a ſacrile
gio: regalique edicto non obtemperauit: uerum etiam immo
lantem ſimulacris hoſtias de popularibus ſuis nactus / gla
dio transuerberauit. & congregata manu / atque aſideis in ſocie
tatem adſcitis: ipſe cum filiis ſuis / tenerantes uſum patrum /
& iuſticias legis: alios necauit. pleroſque expulit. bellique ſabbato
adoriendi auctor fuit. ne ſimili arte ipſi quoque deciperentur:
ſicut iam plerique eorum / dum ſabbato bellum ſuſcipere detrectant /
[illegible]: irruentibus in ſe hoſtibus / multi occubuere. Potentiam
proſperi actus dederunt. & perſeuerauit in more uſque ad exitũ

uite, studium defensionis & pietatis uigor. Sed cum sibi
suppremum diem adesse intelligeret: uocatis ciuibus,
atque assistentibus liberis: hortatus est ut tuerentur patriam
templique regionem ducemque his iudam machabeum, cu- Judas Machabeus.
re ac sollicitudinis sue successorem reliquit. Qui bello
strenuus, consilio bonus, ac pre ceteris fide promptus: quam
frequenter innumeras hostium copias, parua manu copia
fuderit: persequi non est presentis negocii. Quod tamen
breui colligere datur. quod sepe prosperis usus successi-
bus, excitauit in se magnam hostium multitudinem.
qua circumfusus undique, dum cedere pudoris existimat:
refugientibus sociis, in prelium ruit. cesisque quos aduer-
sum ierat: a latere circumuentus, sed tamen ultus
propriam mortem occiditur. Huic successit ionathas, Jonathas fr Jude.
non minus uirtutis similitudine par: quam nature ger-
manitate: qui primo multa in bellicis rebus opera, in
rebus sacris officia que circa templi purificationem
spectata ac probata sunt, pretempta per dolum amicitie
fide inter urbem hostium clausus, nec longo primo
interuallo necatus est. Iohannes etiam senior natu, fra- Johães & Eleazar. fratres
terque eleazar iunior ceteris pro religione mortem non recu-
sarunt. post hos rei summam symon recepit. ad quam Simõ quintus fr
non rudis, sed iam probatus, fraterne societatis triumphis
appropinquauit. Nam & tam perspicax ad frau-
des cauendas, quam manu ualidus, bellandique arti-
bus satis spectatus. Etenim cum uirtutis
ope, romanorum fs [illegible], regibusque gentium amici-

ptholomeuſ

etiam federauiſſet: ptholomei dolo generi ſui, rogatuſ
ad conuiuium: inter menſas & pocula, cum duo
bus filiis qui aderant circumuentus: atq; exutus
armis: impie neci traditur. Sed preuenit inſi
dias iohannes ortuſ ex ſymone: cui nomen

Iohāes cognominatus hircanus · filius Simonis ·

hircanus. & properauit ad uicine urbis
menia. Ubi a populo, propter egregia patris
merita odio q; hoſtilis ſceleris: exſpectabatur. Vix
demq; urbem ingreſſus eſt. etiam ptholomeus
aderat. ſed tamen per aliam portam, [cum] ingredi uellet: re
pulſus, multitudini cedendum exiſtimauit. Aſſumpſit
ſumpſit illico iohannes paternum ſacerdotii munuſ.
& ad cultum rerum diuinarum ſe prouectus: ſtatim
pietatis officia, curamq; ſeruande neceſſitatis exeque
batur. matrem cupiens, fratresq;, periculo aufer
re: congreſſuq; ſuperior factus; [illegible] te paſſionis af
fectu ſuperabatur: quo minus caſtro potiretur, in
quo clauſi tenebantur. Nam ptholomeus ubi ſe ur
geri uidebat: matrem eius atq; germanos, in muris loca
bat. precipitandos illico! Niſi iohannes bello quo infere
bat deſiſteret. Vincebatur iuuenis pietatis metu:
qui uincebat fortitudinis aſſumptione & iracundiam
excitatam in hoſtem reuocabat, ſuorum miſericordia.
mr̄ tamen parata ad tormenta [de]tinebat manus. obſecrās
nō ſalutis auxilium: ſed ultioni ſolacium. Verebatur enī
ne plus filius matri metueret quam paterne uindicte
impenderet. ſibi mortem illam loco immortalitatis futu
ram: qua maritus uindicaretur. & gener [i· ptolomeus.] impius

pro ſcelere in matrem penam exſolueret. Sed inuenie-
plus intra ſeipſum quam in hoſtem preliabatur. Nam
quotienſ patrem cogitabat attendebatur. rurſum cum
matrem uerberari atque ad necem aptari uideret mollabat.
Reuocabat impetum referebat gradum quia retrahe-
bat paſſio. inter obſidionis moras feriatus ex lege ſup-
uenit annus qui erat ſeptimus. Ceſſit pietas
religioni. ſoluta obſidio eſt. ſed eo magis ptholomei exci-
tata inmanitas. ut quorum obiectu penam euaſe-
iuberet. rat iugulari deberet. qui continuo ſe ultioni exemit. Ad
zenonem cui nomen cotile filadelphie regem confugiens. Zeno rex cotile filadelphie Antiochus
ut eius ope ſeſe tueretur. Nec antiochus quieuit. qui
ſymoni fratri ionathe ludibrio ſuos fuiſſe exercitus
indignabatur. qui ſimoni fratri ionathe ludibrio ſuos Vacat hoc totum.
fuiſſe exercitus indignabatur. cupienſque adhuc aſſur-
gentes ionathe primitias extinguere cum magna ue-
niens manu ieroſolimam hircanum obſedit. Rep-
pulit hircanus auro quem ferro nequibat. Reſerato quoque
ut ioſephus auctor eſt dauid ſepulchro. tria milia
auri talenta eruit. Ex quibus trecenta annumerauit
antiocho ut obſidionem relinqueret. precio emptus abi-
ret. Atque ut facti inuidiam leuaret fertur ea pecunia
hircanus inſtituiſſe primus xenodochia quibus aduen-
tum ſuſciperet pauperum peregrinorum. aucupatus
etiam antiochi neceſſitatem qua medis bellum in-
ferebat. uleius diſpendium eſt. plurimaſque urbes
ſirie ſibi adiunxit. Samariam quoque ubi poſtea
ſebaſtea condita eſt. circumdedit munitionibus.

qui simoni fratri ionathe ludibrio suos fuisse exercitus indig
nabatur. cupiensque adhuc assurgentes ionathe primitias
extinguere: cum magna ueniens manu ierosolimam: hir
tanum obsedit. Reppulit hircanus auro: quem ferro nequi
bat. Reseratoque (ut iosephus auctor est) dauid sepulchro: tria
milia auri talenta extulit. Ex quibus trecenta annumerauit an
tiocho: ut obsidionem relinqueret. pretio emptus abiret.
Atque ut facti inuidiam leuaret/fertur ea pecunia hircanus
instituisse primitus xenodochia: quibus aduentum susciperet
pauperum peregrinorum. Aucupatus etiam antiochi necessi
tatem/qua medis bellum inferebat: ultus dispendium est. plu
rimasque urbes sirie sibi adiunxit. Samariam quoque ubi
postea sebastea condita est: circumdedit munitionibus. Cuius
expugnationem aristobolo & antigono filiis suis mandauit.
Quorum obsidio lenta usque ad diram famem/& tetra alimenta
humanorum cadauerum/clausos coegit. Qua impulsi necessitate:
opem ab antiocho cui nomen aspondius petendam arbitrati:
ferentem adiumenta/eruptione sociatus implicauere. Victus
est a fratribus prelio: fuga sese eripuit neci. Samaritani autem
repetita obsidione/captaque & euersa urbe/seruitio dati. Quo re
rum secundarum processu exercitati aristobolus atque antigo
nus impetum non refrigerabant. sed adiungere sibi fini
timos bello coactos: haud quaquam dissimulandum arbitra
bantur: donec inuidia obiecta/bellum immane exarsit. con
spirantibus locorum incolis & coacta ualida manu. Que tamen
uicta: profundam in reliquum tranquillitatem iohanni exhi
buit. & sibi ocium hircanus tricesimo & primo anno longe ge
stis gratia functus: diem clausit: quinque liberis superstitibus. Q

ierosolima hircanum

dauid

xenodochia

dispendium

Samaria que postea sebastea condita est

Aristobolus & Antigonus filii Iohannis cognomento hircani

Aspondius

Samaritani

Iohannes hircanus magna cum tranquillitate et gloria moritur.

a plerisque beatitudini datur. Moderator egregius & pulchre so
brius. qui nihil unquam fortitudini senientibus dereliquerit: in quo
actus eius offuscarentur. uxori summe rei commisit negotia. ip
sam consultius ratus rebus publicis moderaturam: filios pre
scientia quadam animi tenens non diuturnos fore. Nec fefel
lit opinio. Siquidem aristobolus cui inter fratres etas prouectior:
mens promptior. principatum sacerdocii: ad regni potentiam
uertit. & diadema primus imponere sibi usurpauit post quadrin
gentos septuaginta annos. triumque curricula mensium: post
quam de babilone remeans israel seruitio excutitus. in suam terram
sese recepit. Superbe itaque nec partem ponere ceteris contentus
fratribus: solum antigonum honoris specie: qua uidebatur
diligere mulcebat. Matrem quia potestatis exsortem: & iudicio
uiri fraudatam se expostulauerat/alligauit uinculis. & usque
eo processit immanitatis: parricidali spiritu ferox: ut & ipsam
& fratres suos simul iunctos arta custodia detineret: quo pro
pe usque ad mortem supprema fame compellerentur. ni matu
rius aristobolus scelesti parricidii merita soluisset. At primum
in ipsum antigonum ferus animus exasperatur. & de amore in
odia conuertitur. ut eum ante omnes necaret: quem solum sibi con
sortem imperii pollicebatur. Adeo apud improbos affectus ui
lis: ut cito prauis suggestionibus extorqueat. Dignum igitur
ut crudelitatis eius seriem non pretereamus/quo iudicium
iohannis & post mortem probetur: qui summam publice rei seniori
committendam filio/haud quaquam existimauerit: quem tanto
declinaturum furore/a pietatis lege/& norma iustitie prouide
bat. haud scio morum ne eius narratio est ibi & sic de aliis eiusdem tribus
conuiuiti. an insita gratia sacerdotum principibus. ut hiis aliqua

Aristobolus filius Iohannis occupato sacerdotio se Regem Iudeorum primus fecit.

Crudelitas Aristoboli

que futura erant & minus dignis infunderentur. ſatiusque miserabile fuisse, quod fratribus inviderent amorem nature. Inde mali prima

Delatores falso Antigonum criminantur.

aborta est labes. invidie commenta consecuta huiusmodi sunt. Composuerant primo alia, quibus fidem aristobolus non detulit. & obtrectationem emolliunt caritatis gratia: invidie tribuens delationis amaritudinem. Ideo falsa veris admiscuerunt. ut ex his que ad speciem veri

Scenophegia

assumpserant: renitentem circumvenirent. Scenophegia iudeorum in terris ex lege celebratur. dies videlicet festus & plenus reverentie: quo sacrificium solenne deferebatur. Eo die clarus militie gestis antigonus domum revertitur. & audit ut fratrem adveniens inequalem offenderet. Illico ad templum (quid enim preferret religioni) ut erat succinctus ornatu bellico & circumfusus comitatu pariter tendit. multus ibi pro fratris salute domini precator. & inde ad fratrem sedulus properat. Hinc calumpnia componitur acerbo felle & acerbiore paratur exitu. Continuo et regem adeunt improbissimi homines. & invidiam excitant. quod pompam armatorum celebratiorem, quam privatis mos est, duxerit, ostentui vulgo futuram. ne quis conatibus eius obviare auderet: tanto apparatu non aliud, nisi necem regis: & usurpandi imperii potentiam affectatam. Haud difficile eger animus invalido fessus corpore, impulsus est. ut credibile duceret, quod pro vero asserebatur. maxime cum dies sacratus religioni, mendacii suspitionem excluderet. pompa excitaret invidiam.

patrari

infirmitas metum adderet. armatorumque cohors, fidem patrandi sceleris impleret. Itaque priusquam sibi probaret temptamentum aliquod flagitii parricidalis: stipatores suos cum armis iubet in ypogeo

ypogeo
diloricare

obscuro locari. qui advenientem antigonum diloricarent, si imperium regis: sed ipsi extinguerent: sane mandato per nuntios promisso ut inermis veniret. Cuius iniquitatem nupta aristobolo in ad

uſum mutauit: ut per illos coniuratos ſibi inſinuari faceret antigono, fratrem eius delectatum eſſe armorum decore, quibus proxime aciem ductus affuerat. ſed per egritudinem intentius non conſideraſſe. nunc petere ut omnem illum ornatum bellicum quem ſibi compoſuit, ad fratrem deferret. gratum hoc regi futurum ſi armatus adeſſet. Antigonus dolum non preuidit. dicto paruit. eo ſtudioſius quo placere regi pariter et fratri deſiderabat. Decumbebat ariſtobolus in caſtro cui nomen primo baris: poſtea antonia fuit: uidelicet ab antonio triumuiro donata appellatione, cum urbis dignitate. Ro. poſt quam antigonus appropinquauit: atque acceſſit ad illum obſcurum tunc ſitum: conſpicientes armatum ueniſſe, regis ſtipatores: adorſi repente iuuenem: precepto ſatis faciunt. atque imprudentem opprimunt. Is locus ſtratonis turris appellabatur. Quo deceptum uocabulo, iudam qui erat eſſeus genere: opinio eſt frequens: quem ſiue probitate uite, ſiue myſtica obſeruatione: ſepe que futura erant annuntiaſſe: hiſtoria uetus prodidit. Is ut accepimus, cum uidiſſet antigonum pretereuntem ut fratrem reuiſeret: dicit ad eos qui numero diſcipulorum eius adnectebant: ſape: nunc michi bonum eſt mori: quando in mortua ueritas eſt. Viuit antigonus: quem neceſſe eſt hodie interfici. Locus autem ad neci decretus ſtratonis turris: qui ſexcentis hinc ſtadiis abeſt. hora iam diei quarta eſt. Tempore itaque excluditur predeſtinate mortis fides. Hec ubi dixit: intentius ſecum ipſe conferre cepit: quo eum feſelliſſet opinio. Nec multo poſt indicium defertur, interfectum eſſe antigonum, in ypogeo ad ſtratonis turrem. Qui locus ſibi uocabulo equeuo, ut ille qui erat in maritimis ceſaree, nuncupari ſolebat. Quo facinore patrato: ariſtobolus ſecum ipſe reputans quid ſceleris admiſerit: in morbum ipſe incidit. Erat in oculis parricidium perturbatio in animo.

Margin notes:

baris
Anthonie arx in honore M. Antho. ab herode poſt edita.

Anthigonus interficitur.

ſtratonis

Iuda Eſſeus Vates.

ſtadium

dolor Ariſtobuli pro auſu ſeui facinoris in fratrem.

necullum interuallum dissimulationi dabat. Defigebatur nimis
uisceribus dolor. inuidia in miserationem uersa est: quo inno
centem peremisset contra ius germanitatis. Tanti sceleris immanitas
mentem exulcerabat. non somnus oculis: non quies animo dabatur.
Serpebat ceco uulnus dolore. coquebant egra precordia cure. ac
sollicitudines sauciabant inualidos artus. & crebro gemitu pul
sabant alta nimis suspiria. Itaque immoderata mestitudine corp
rupit morbi uis: ut conuulsis uisceribus: sanguinem uomitu ori
reiceret. Quem puer aulitus/regiis usibus exhibens ministerium:
foras extulit. atque imprudens facti (quod casu potius quam in
dustria gerebatur: ad eum locum peruenit/in quo antigonus fue
rat extinctus. Illic supra rorantes adhuc fraterni sanguinis
maculas: pcussoris sanguinem effudit. Clamor subito factus/
& gemitus intuentium. eo quod profunda quadam dispositione
dei/libatus perempto/scelestissimi parricide sanguis uidetur. So
no excitus: causam quesiuit. Cum sileretur: elicuit studio quae
rendi. & motu indignationis. Cuius accepto inditio: suffusos o
culos lacrimis: & quantum erat in eo uirtutis ingemiscens inquit.
Rependitur meritis meis congrua uicissitudo. Neque est dei o
culum/tam impii machinator sceleris/preterire poteram. Ma
tura flagitii ultio subest. & digno iam conuenior parricidii mei
precio. Vale corpus. Quousque animam fratri matrique condempna
tam retines? Quid per partes eis libo meum sanguinem? In me omnis
(si qua est pietas) contorqueat manus spiculum. Me omnes filii/
germanique/ultore pietatis gladio transfigant. Mactetur hostia
parricidalis. atque immoletur uiolate necessitudini. Totum simul
caro noxia sanguinem euomat. non uiscerum meorum cruciatibus
& lenta tabe demonum exsaturetur. quod me in tam nefa

rios auſus ſeu facinoris impegit. His dictis: finem imperij a quite dedit. uix anno functus poteſtate regia: propter quam parricidium nō effugerat. (.i. uxor aristoboli) Soluit illico mulier/ atq; exuit uīclis/ fratres defuncti. Regemq; cōſtituit alexandrū. cui & ptera etas/ & moderatio ſuffragari eſtimabatur. Qui ut regnū adeptus eſt: fratrem quem aduerterat regni cupidiorē interemit. Reliquum q superat ex fratribus/ uite ac ſaluti potius quā regno intentum: reſeruauit (.i. ſine dignitate) uacuum negotiorū. Continuoq; (ut ſe habet inq̄etudo morum) bello pacem mutauit. congreſſuq; habito aduerſus lachirum ptolomeum: plurimos quidem hoſtium interfecit. ſed ad lachirum uictoria defluxit. Cui tn̄ fructum uictorię ademit cleopatra mater: coacta inegiptum concedere: ut mortem ſibi imminentē euaderet. Eius abſentiam aucupatus alexander: dū regni eius ptes inuadere cupit: etiam theodorum in ſe cōuertit: qm̄ potiſſima queq; de ei9 poſſeſſionib; ſi aſſociauerat. Inpulſo itaq; impetu theodorus regias opes occupauit. decem milia quoq; iudeoꝝ prelio fudit: ſed fr̄ plaga fractus alexander: plura adhuc de hoſtium ptibus ſuo imperio adiunxit: captarumq; urbium ppl̄os ſeruitio ſubegit. Hos bellandi ſucceſſus/ domeſtica ſeditio interpolauit. & orta de cōuiuijs uſq; ad bellum contentio pceſſit. familiaris peſtis huiuſmodi iudeoꝝ uiris. ut de epulari ludo ſeſe in arma excitent. ac niſi peregrina auxilia regi preſto fuiſſent: ſeditio preualuerant. Sed aduentitia manus egre licet compreſſa eſt: tn̄ octo milib; ferme hebreorum interemptis. Inde inarabiam iter direxit. ac nō nulle eius urbes ſubacte. tributa q(uo)q; moabitis & galaditis iure uictorię aſſcripta. Unde regreſſ(us)

Ariſtobolus moritur.

Alexander fr̄ Ariſtoboli i Regem coſtituitur.

ptolomeus Lachirus.

cleopatra

Theodorus.

.viij. milia Judeoꝝ iterempta.

arabia

moabitis
galaditi

Amathum

p. n. Castri

in amathun: theodoro tantis eius successibus stupefacto: uacuum
defensoribus castellum inueniens: sine mora expugnauit. Nonusque quamquam
tamen ociosus obodias rex arabum fuit. nec multa diu regni sui passus
est dispendia (i. Damna). Nam insidiis oportune locatis: omnem ei exercitum de
leuit. conclusum uallis profundo: & multo camelorum agmine attri
tum. Euasit tamen allexander. & fugiens de prelio: ierosolimitane urbis
receptacula petit: inuisus suis. quam retruduerant in media/erumpne
ei occasione. que ante potentie metu premebantur. Nec silentio tege
batur animorum discordia. aut uerbis tantummodo exercebatur. Prelio
non uno sed plurimis decertatum. Quibus extincta fere quinquagin
ta iudeorum milia/quos allexander interemit: suis quam hostibus
pretiosior. & maiore uictor detrimento: quam regni sui uires uincen
do atteuerat. unde nec ipse quidem iam suis uictoriis delectabatur.
Auersusque a prelio/arte tractabat sibi subditos. ut iam non armis pre
meret: sed uerbis urgeret. ac solis sermonibus offensionum genera
dissolueret. Nichil tamen proficiebat ad colligendam sibi gratiam. quoniam fac
tis facinora preponderabant. atque ipsa repentina conuersio ad penite
tiam: morumque inequalitas seua: passim suspecta habebatur. Denique
cum simulata eius placiditate se circumueniri arbitrarentur: demetrium
regem sibi auxilio futurum/aduersus allexandrum/in bellum excita
uerunt. Pugna in manibus nec compendiaria: quippe cui aduersum
duos exercitus/numero inferiore certandum foret. Mille enim comi
tatus equitibus/& sex milibus peditum quos mercede sibi associauerat:
decem milia quoque iudeorum sibi conspirantium in bellum acciens:
iuxta urbem sicimam occurrit hostibus. quibus tria milia equitum
erant. & peditum quadraginta milia. Temptatoque utrimque agmine/ubi
neque demetrius pecunia conductos discedere a fide uidit: neque alex
ander de iudeis aliquos quibus se demetrius pecunia adiunxerat/de

Obodias Rex arabie Alexandrum fugat.

Quinquaginta milia Judeorum ab Allex. extincta.

Sicima urbs

[Demetrius Rex sirie Alexandrum Judeorum regem bello fudit.]

posuisse erga se odia cognouit: armis decernendum estimauerat. Su
perior bello demetrius factus: plurimo tamen suorum sanguine. Namque
ab hijs qui e diuerso mercede conducti uenerant: egregie bellatum.
ita ut usque ad mortem uirtute ac fide certauerint. Destitutum ita
sese allexander uidens: cesis suorum cateruis: in montes concessit.
Sed preter utriusque spem/ad alterum [i. demetrium] eorum species uictorie per
uenit. fructus alteri [i. alexandro] partus. quia et demetrius nudatus est discessu
hebreorum: qui eundem ad societatem rogauerant. et allexandro
ex ipsis .x. milia sese adiunxerant. more quodam humani in
genij: astipulantibus ad misericordiam rebus aduersis. Cessit [astipulantes]
itaque demetrius/ei quem bello uicerat: uidens illum affluenti
bus hebreis iam pugne idoneum. seseque tamen paucis relictum.
Cuius uictoria libertate assuetis: dominationis metum mouebat.
redit allexandro seuitia cum securitate. rerumque in suos. et ius
belli reformatur. Querenti ab hijs quid nam faciens animos
sibi plebis conciliaret: responsum est si moreretur. Vix enim forte
cum mortuo tam grauia perpessi in gratiam reuerterentur: ut odia aduersus
defunctum deponerent. Quibus excitatus: rebellandique assue
tudine multis necatis: reliquos coegit in urbem cui nomen beme [bemeselel]
selel. Cuius expugnatio acerbiorem solito pestem inuexit: tam seuo [Insignis Alex crudelitas.]
crudelitatis processu. ut ex eo numero octingentos in media ciui
tate crucifigeret. Quorum in conspectu coniuges eorum filiosque iugu
lari iussit. hec spectabat accubans in medio concubinarum le
tus inter epulas et pocula. sed magis sanguine quam uino ebria
tus. Hoc solo facto amplius populum quam bello deterruit. ita ut
proxima nocte iudeorum octo milia ultra iudeam discederent. qui
bus fuge finis, mors allexandri foret. Tantique horrorem mali que
tem regno abstulit. Sed ubi a domesticis feriatum preliis: ex

orta est ei causa inquetudinis, antiochi adversum arabas expeditio.
quam sibi terribilem et periculo futuram arbitrabatur. hic est
Antiochus qui et dionisius appellatur. demetrii frater. a seleuco ulti
mus. Cui transitum negare cupiens alexander: inter urbem
antipatridem, et ioppes litora, foveis ingentibus ductis. mu
roque altissimo, turribus quoque ligno impositis: elusit operam
magno suorum labore. nullo hostis impedimento. Siquidem negotio
facili replete fovee. turresque exuste: ipse quoque alexander fuga
sibi consuluit. Eo tutior: quia nequaquam tanti estimatus ut eum
victor principe loco persequi deberet. Nam secundis partibus reser
vatum, ut itineris obstructi iniuriam acceptam ulcisceretur.
rectum autem in arabas iter direxit. Quorum rex in loca prelio
oportuna sese contulerat. demumque subito converso equitatu: maxi
ma in hac multitudine, effuse ac sine ordine ruentes, hostium
turmas invasere. Certatum acriter quoad antiochus restitit.
Renitebatur est, quamvis exercitus eius quasi more pecorum obtru
caretur. Ubi vero et ipse cecidit (nam pre ceteris sese offerre sole
bat periclis) aversi sunt omnes. quorum maxima pars incerto fuge
dispersa extinguitur. reliquus in vicum cui annaua nomen co
actis: atque alimentorum inopia consumptis: vix paucissimi ex his
tante cladi superfuere. hoc successu aretha etiam a damascenis
ad regnandum expetitus. ut celesirie imperitaret. quo ptolo
meum excluderet: quem maxime in festis odiis persequebatur.
nec iudeam inmunem reliquit incursionis. De qua victor,
licet superato alexandro: secundum utriusque tamen partis conventum,
discessit: ac revertitur in sua. Alexander autem pellam evertit.
et gerasan petiit: iterum de theodori possessionibus aliquas
sibi adiungere parans. casamque sibi bello vindicavit. inde in siriam

Antiochus dionisius demetrii frater

Antipatridem ioppes

Rex arabie interempto Antiocho exercitum fudit.

annaua

aretha celesiria

Alexander victus ab arabis. pella gerasa

progressus: gaulanen. & selentiam. & gamellam euertit: ultus
superioris belli contumeliam. ipsasque antiochi munitiones diri
puit. Quibus ex locis iter in iudeam conuertit. ac preter spem tamen
gaudio totius gentis suscipitur, pro mirabili successu rerum ges
tarum. Ubi parta bellandi quies, exordium tribuit egritudinis.
atque aliquantulum quartanis febrium uiribus affectus: leua
to paulisper incommodo: dum negotia repetit militaria: nec modum
seruat: animo ualidior quam corpore: comminuit omnem sue ui
gorem salutis. uiresque absumpsit. atque ita mortuus est. Uigin
tique & sex annis, uario rerum euentu, aduersum innumeros
bellorum tumultus regnum tenuit. & duobus liberis superstitibus de
cessit. Quos impares regni estimans gubernaculo: summam
rerum uxoris proprie delegauit sollicitudini. quoniam eam acceptiorem
populo cognouit. Atque hoc apud uniuersos inuenisse gratiam: quod
etiam ipsa ab immanitate uiri semper alienam sese faciendam
existimauerit. ut non solum refugeret flagitiorum consortia:
sed etiam resistendo eius iniquitatibus, totius in se plebis beniuo
lentiam converteret. Nec inprouida uiri sententia fuit. Nam
regnandi uis mulier inoffense exercuit: sine ullo feminei sex
us impedimento. & adquisiuit moderande gratiam sacre legis
obseruatione. Nam dum attentior circa templum cura exer
ceretur, & remissa ministeria fraudi sunt: creuit imperii
uigor. nec tamen affectu infracta materno regni cupido. Siqui
dem ex duobus liberis, electus unus ad speciem regnandi, non
potestatem: hircanus uocabulo. natu senior. ingenio remissior.
aristobolum uero acriorem animo, expertem potestatis emol
liebat priuata humilitate. Assuerunt se pharisei mulieri.
appo. genus hominum secundum legis doctrinam exercitatum.

gaulane
selentia
gamella

Alexander moritur plurimis bellis prospere gestis. regnumque xxvi annis tenuit

hircanus | filii
Aristobolus | Alex.

farisei diogenem interficiunt.

secundum qualitatem affectus callidum. auidum negotiorum pecuniæ
appetens. Qui [i. adulantes] captantes elatam mulierculam secundum scientiam
iuris diuini extollendo: suam fecere. ut pleraque etiam regni ne
gotia ipsis committeret. Adhiberent quos uellent. quos uellent ex
cluderent: atque aulico exuerent ministerio. Quid plura? Ita sese
insinuauere: ut commodorum omnium fructus ad eos peruenirent.
At sumptus. & molestiæ mulierem solam efficiebant. Nec medio
cris mulieri spiritus, ut maxima queque auderet: at supra femi
nei sexus conditionem prelia disponeret. Siquidem & prestan
tissimam de suis manum parauit. & peregrini exercitus copias
coegit ingentes. ut non solum domi ad omnem regnandi securi
tatem foret: uerum etiam externis potentibus esset formidabilis. Ea tamen
reliquis prestabat omnibus. sed phariseis quasi inferior obtemperabat.
Erat diogenes in regno eius: qui de potissimis alexandri amicis,
familiaritati eius inheserat. Eum [i. farisei] adorsi obtruncauere. memoran
tes ipsius consilio octingentos illos in medio urbis ab alexandro
crucifixos. In ceteros facinoris auctores quoque ut pergeret ultio, man
datum [i. est]. Necabantur itaque quos pharisei precipiebant. non quos so
cietas sceleris inuoluerat. Quo metu plerique perterriti, quibus huius
modi pericula intentabantur: & maxime prestantiores opibus aut
dignitatibus, ab aristobolo intercessionem implorauere: ut matrem
ab executione precepti seuerioris, ad molliora inflecteret. Ille sibi
gratiam parare cupiens: non detractauit. Mulier ægre licet oranti tamen
filio cessit. ut contuitu honorum quos gesserant qui in huiusmodi inui
diam arcersiebantur: supreme necis sententia mitigaretur. atque
eos tantum quos noxios suspectaret, patrandi flagitii inuentores
fuisse: urbe egredi iuberet. Qui accepta uita securitate: pagos
dilapsi. Eodem tempore causa accidit: ut damescum iuuentus

dirigeretur: qm̄ ptolomeus frequentib; incursionibus incolas
memorate urbis terrebat. Cui⁹ negocii necessitas / occupauit de
exercitu alexandrie ualidam manum. Cleopatram q; tigne sa, q̄ — Tigranes armenie Rex.
armeniis impitabat: in urbe cui nomen ptolomais / obsidione clau
serat. Quem muneribus (regina iudeorum) Allexandria mulcebat: ut a se auerteret. — Allexandria
Quem lucullus facta irruptione in terras armeniorum: redire in — Lucullus.
fectis rebus coegit. consultius ducentem sua tuitari: quam aliena — tuitari
adiungere. Tantis itaq; negociis intenta alexandria: in morbum
incidit. Quam occasionem rapuit aristobolus / ad suas artes. &
congregata manu, cōspirantib; secum quos feruor nature ad pre
rupta queq; audendum cupienti adiunxerat: thesauros occu
pans: eorum copiis inuitat ad militiam uoluntarios. ac precio cō
ponit: ut in omnia que uellet fidem prestarent. atq; (.i. dyadema) infulas regni in — infula
duit. Turbatus animi hircanus: matrem lacrimis cōueniebat. At
illa spirans ferocia: filios & uxorem aristoboli in castrum recludit.
cui nomen primo baris. postea antonia appellatum: de quo supra
memorauimus. Cepta alexandrie: scelere eius obitum destituitur. — Alexandria moritur
In hereditatem omnem hircanus successit: qui uiuente adhuc ma — hērede Regni hircano
tre dignitatem induerat sacerdocii. Aristobolus uirtute & sa — Constituto.
pientia prestabat. Res usq; ad contentionem atq; cōgressionem
deducta. Ubi consertum: plerique relicto hircano, illum alterum
bello meliorem secuti (.s. sunt). hircanus comitantib; secum qui bello reliqui
fuerant: confugit in antoniam. Repertisq; filiis / & uxore aristo
boli: per obsides salutem inuenit. Qua ne quid asperum in suos
fieret aristobolus pacto consuluit. Conuentum fratrum huiusmodi
fuit. ut regno hircanus cederet. atq; ad aristobolum ius omne
imperii transiret. nec tamen hircanum in (.i. honoratum) honorum relinqueret. sed
regni exortem honore alio fungi sineret: quem ipse nuptiuisset. — .i. summum sacerdotium.

Transacta huiusmodi etiam religione templi sacratam assensionem utriusque tenuit uoluntariam. Inde cum gratia discessum est. At se inuicem salutantes: aristobolus in aulam regiam sese recepit. hircanus equanimiter in domum aristoboli concessit. Sed fuere quos metus ac rerum mutatio incesseret. qui se studuisse aduersum aristobolum recordarentur. Et preteris antipater. Is erat idumeus genere. maioribus apud suos clarus: non tenuis pecunię. Et ideo preualidę potencię. Arte mira studiosus ad contempnendam pecuniam: propter reconciliendam gratiam. Et hircanum suis consiliis perterritum: quod nullam salutis sue spem tutam haberet: qui imperio decessisset: nisi transfugio sibi consuleret. ubi ad suas artes inclinauit: insinuat arethe regis fouendum auxilio uirum: quo circumuentus foret, ut regno cederet. Decorum hoc fore regi: si arbiter fieret imperii restituendi. Multoque pulchrius: si circumscripto cui primitiua regni competerent: dolo sublata reformari iuberet. Illum (aristo.) uersutum et callidum: et ideo suspectum uicinis. Hunc (hir.) mitem. et quetum. quem pro summo beneficio acciperet: quicquid sibi ab externo tribueretur. cui frater etiam regnandi ius ademisset. Preparatam itaque arethe regis gratiam hircano annuntians: fugiendi spem detulit. et uiam demonstrauit: ut secum peteret petram, in finibus arabie sitam. quo in loco regem adirent. Qui precibus antipatri donisque inflexus: plurimam bellatorum manum hircano adiunxit: ut regno restitueretur. Erant fere peditum equitumque quinquaginta milia. A quibus prima pulsus congressione aristobolus: ierosolimam confugit. ibi que (vel non tutus) intutus aduersus tantam hostium multitudinem que clausum expugnauisset: nisi scaurus ductor romani exercitus alterius belli occasione, quod

Antipater iste herodem magnum genuit.

Scaurus. Pompeius.

aduersus tygranem gerebatur: soluisset obsidionem: missus a pom
peio. Cui recepti mitridatis ultio grauis: bellique in soterum trans mitridates
ferendi propositum exarsit. Qua causa siriam infestari per scau
rum precepat: tum ipse (i. pom.) tigranen atque armeniam urgeret. Scau
ro itaque aduenienti damascum, quam metellus & lollius funditus Metellus. Lollius.
euerterant: occurrere fratrum legati sed quibusque romane opis auxilium
implorantibus. Et quamuis inferior esset uiribus: aristobolus preponde
rauit tamen pecunie oblationem. Venditur summa prelialis certa
minis talentis trecentis. & iustitia (i. hirca) postulanti pretio pensatur.
Qua pecunia sibi (i. scauro) annumerata: denuntiat scaurus hircano regique
arabum discedere ab obsidione. aut si permanerent: scirent sibi aduer
sum pompeium & romanos, bello certandum. Eo terrore, obsidio
soluta. Arethas philadelfiam petijt. scaurus damascum reuertit. philadelphia
Aristobolus autem uix dudum idoneus propulsando periculo manum
collegit. hostem insequitur. & ad papironem (id uocabulum loco) papiro
sex milia hostium, simul & fratrem antipatri fallionem, prelio fallio antipatri fr. ab Aristobolo fusus.
fudit. Hircani atque antipatri spes lapse. quibus fiducia omnis
in arabie uiribus erat. Sed ubi magnus pompeius aduerte siriam (i. hircanus et antipat.)
cepit & damascum aduenit: ad romanos, quorum auxilijs infracti,
de manibus uictoriam amisere: opem postulant. pompeiumque pompei integritas.
adeunt: tamquam iusti arbitrum. & minime auarum pecunie. Alle
gationibus itaque, non muneribus ut ante niti cepere. quoniam (s. pompei) integer
animus aduersus corruptelam pecunie, laqueis auaritie non capi
ebatur. & gratuito odisse poterat, fraterno insidiatum honori.
Et ideo his eum adorsi querelis, quibus aristobolo fieret inuidia:
quod indignus aliena inuaserit. & hircano gratia conciliaretur.
tum ut merito uite: tum etatis suffragio, regnandi ius competeret.
astipulante presertim matris auctoritate. que & iuditium astipulans

eligendi habuit: & ius conferendi. Nec aristobolus diu abfuit. Qua
uis nichil in magni pectore/quod suis artibus conduceret intue
retur: presum(eb)at tn̄ de scauri redemptione. seseq; eius iactabat
societate. Venit itaq; regio ornatu preditus. & ꝑpe maiore quā sole
bat stipatus ambitu. ut qui de iusticia diffideret: adq̄escendi
preiudicium excluderet. spem obediendi negaret. Sed diutius
tolerare romani consulis sublimitatē nequiuit: cui mos erat regni
exorti/regibꝫ impitare. Itaq; ubi ad urbem uentum est/cui nomē
diopolis: alio concessit. romane dignitatis supcilium dedignatus/
regni tumore. Qua secessione/aristoboli non mediocris datus (i. est) offē
sioni locus. usq; adeo cōmoto consule: ut statim arma romana ī
iudiam conuerterentur. cōiunctis etiam sirie plerisq; auxilia
ribus. Quem ubi copit aristobolus ad urbem scitopolim/atq; inde
coreas appropinquare: unde erat iudee exordium possessionis: confugit
in alexandrinum castrum/munitum admodum: & in monte al
tissimo situm. Quo cognito: iubet eum pompeius descendere. At
ille taquā herili precepto/obedire indecorū existimans: piculum
potius subeundum/quam obtemperandum imperio: animi immodi
cus arbitrabatur. Sed referta populis/romana castra desup spec
tans: simul a suis monitus/non lacessendos quorū in nomen ac
potestatem totus prope orbis terrarum concesserat: descendit.
Pluribusq; usus: quibus regnum sibi iure delatum astrueret co
cederet: ut generis debitum necessitudine: uel exercitus iudiciū
qui secutus sit ualidiorem: deseruerit ignauum: ut euentu pre
lii: uel pacti conuentione: ad munitiones reuertitur. Rursus
cū hircanus (i. pom.) presulem adisset: uocatus ad iudicium aristobolus:
sese representauit. Sed cum adhuc compendiariā cognitionē
uideret: in castellum reuersus est. Medius ē inter spem & ti

diopolis

scitopolim

castr alexandrinū

morem: putabat quod imperiis eius obediendo / ad sui gratiam pompeium
inflecteret. Sed ne in adigeretur iterum impio cedere: in alexan
drinum ſeſe recipiebat. Nec preteriit magnum regis uerſutia. Iu
bet eum decedere munitionibus. Idque facturum / datis ad singulos
x custodes munitionum litteris, ſeſe aſtringeret: Iuſſis quidem pa
ruit: que non audebat refellere. Preterea tamen ieroſolimitanis menibus ſe
abdidit. & bellum aduerſum romanos parare cepit. Pompeius quoque
·ſ· cepit
fugientem inſequi. clauſum urgere. neque parandis belli uſibus tem
pus ullum dare. Dux magni intentionem de metellate nutans:
quod morte bellum finiſſet. Urbs iericho in finitimis ſuis pompe — Balſamum prope hierico Urbem naſcitur.
ium tenebat / cum rei memorate indicia uenirent. Locus prope urbem
·i· balſama
in quo balſamum gignitur / uirgultiſque innaſcitur. Que acutis la
pidibus incidunt pueri agricolarum. per eas inciſiones diſtillat hu
·i· pom·
mor / lacrimis pulchriter rorantibus. Inde uir militie uetus / compoſitis
ordinibus ad ueſperum caſtra mouit. & primo diluculo ieroſolimitanis
menibus aſtitit. atque impulſus armatas acies infudit. Obſtupefactus
ariſtobolus diſpoſitionis ſpecie. uirorum robore. militum alacritate.
ſponte occurrit. ueniam precatur. pecuniam urbem ſeque offerens:
uerbisque immollius ſuppliciter inflexis: mitigauerat indignationem
conſulis. ſed irrita precatione: quia effectus deerat promiſſionis. Non
ſolum negatis pecuniis: ſed etiam urbe excluſo gabinio / qui oblatum
petitum uenerat: bellum incubuit. Namque magnus adhibitis cuſ
todibus ariſtobolo: urbis menia ſpeculari cepit. atque explorare di
ligentius / quibus in locis temptaret irruptionem. Sed cum & ualida
murorum circumſpectaret / quod expugnari nequirent: & tem
plum in urbe haud inferioribus circumdatum munitionibus / ut ge
minum eſſet ingreſſis periculum: & a defenſoribus templi / & ab
his qui murorum propugnacula tuerentur: heſit animi dubio. ſententie

interto p aliq̃tum temp̃is. tum ſubito intra urbem orta ſeditio, uo
lentibꝫ hircani ſocijs urbe recipe pompeium. renitentibꝫ ariſto
boli ꝓpugnatoribꝫ. Illi aperire portaſ magno, iſti obſerare. bellũ
inferre: ne regem eripent. Sed pluribus quoſ terror potentię
romanę auxerat: ceſſere inferioreſ. atq; in templum ſeſe recepe.
ſoluto ponte, q̃ tranſitu puio, urbem ac templum medius cõiunxe
Pompeius cũ exercitu hierosolimã ĩgreditur. rat. Receptus itaq; in urbem ~~ac templum medius~~ eſt exercit9
romanuſ. Et ſuis manibꝫ iudei aperuere portaſ: nõ multo poſt
Carm̃ dauiticũ. urbis ac templi expugnatoribꝫ futuriſ. Completumq; eſt illud
dauiticum. Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam. pol
luerunt templum ſtm̃ tuum. Sponte itaq; tradidere rega
piſo lia ſua. ceſſere aulici. Piſoni claro inter ſuos uiro, & militię
ſtipendijs exercitato, id negocij commiſſum eſt: ut manu
ualida aulam regiam, ceteraq; urbis tuenda, exiſtimaret. Sed
ab eo ſollicite curatum. quaſi ad ea defendenda, potiuſ quã
occupanda: romanum exercitum dictauerit. Ad templi
autem irruptionem quia ptinaciter reſiſtebatur. iudeos
magn9 parauit ſocios uidelicet hircani. ut ſi fieri poſſet alie
na romani miſteria nõ ꝓphanarent. ſimul ut ſuis manibꝫ
iudei foſſas replerent. Impio miniſterio & turpi obſequio ſer
cophinũ uierunt: manuſ eorũ in cophino. menteſ in ſacrilegio. Sed nihil
pficiebat congeſtio: cum renitterentur e muriſ ariſtoboli fautoreſ.
& deſup afferrent impedimentum. Irritaq; fuiſſent pompeio
exordia: niſi incurrentibꝫ ſacris religioniſ diebus: quibuſ ab
omni uacare opere iudeos uetus obſuatio foret imminere
ſuos aggerendis terrarum tumulis imparauiſſet. Sola ẽ conſe
rende manuſ uſurpatio in conſuetudinem uerſa. etiã ſabba
to (ſi tamen inferatur prelium) & ſalutis extremo petat periculũ:

decernendum ſ ferro iudei exiſtimant. Reliqua certamina reli
gionis ducunt. Iam uallum excreuerat. iam machine admote.
repugnabant regij / murorum altitudine ferociores. Nec intermix
ti prelijs: ſ(cilicet) pom(peius) · terrore magni acceſſu inclinabantur. Stupebat pom
peius acres uirorum animos. muri decorem. ac magnitudinem.
& nuſquam remiſſa officia ſacerdotum. In medio belli furore
tanquam profunda pax eſſet: nihil deerat ſacrificiorum ſolem
nitati. Inter bellatorum iacula, mortes ceſorum / fundebatur
ſanguis hoſtiarum. uictima altaribus imponebatur. ante aram
poſiti feriebantur. Tertius iam menſis anceps adhuc certa
men tenebat. Primus ſilla (ortus cornelio) fauſtus: & duo cen
turiones / quorum uni nomen furio / alteri fabius erat: deiecta
turre murorum: templum irrupere / ſinglis ſequentibus ſeſe cater
uis. Et circumdantes undique templi interiora: quoſcumque rep
pererant / gladijs transuerberabant. Cedebantur fugientes. re
pugnantes alij obtruncabantur. Nullus parcendi modus. nec
tamen ea ſeuitia bellantium: obſequia natium impedita. Nuda
tis gladijs imminebat hoſtis. illi tamen ſoliti ſine ulla perturbatione /
uice muneris exequebantur. Nullum intermiſſum eſt officij
genus. Quicquid ad purificationis ſolempnitatem / quicquid
ad cultus ſacri obſeruantiam ſpectare poterat: impletum
eſt. Tanta erat cura miniſterij. Atque utinam puritate deuo
tionis & fidei fuiſſet. Maiora quoque a ſuis orta ſ(cilicet) ſunt pericula. que
ſibi ab hebreis inuicem inferebantur: atque intus pugna uehementior. & a ſeditioſis propius & anceps periculum. A fronte externus
hoſtis. a tergo latebriſque domeſticus urgebat. Itaque concluſi
undique, alij ſe precipitabant. alij patrie incendijs exurebantur.
Sacerdotes tamen uſque ad ultimum in ſuo munere perſeuerabant.

fauſtus Silla filius
Cornelij Sille:
furio
fabius } fuerunt duo
centuriones

frons

No. totu ꝑ Religione.

hortantes ſe inuicem: ne impoſterioribuſ ꝑponerent officium reli
gioniſ quam ſalutis preſidium. Recte ſecum agi. ſi pietati im
penderent quod debebatur. mori. ſ. qđ eis erat ineuitabile niſi
mallent uiuere ſacrilegi neceſſitati. pulcherrimumq; ſi in patrie
ſinu ſepeliri liceret. Quid autem iuuaret euadere. & ſe ſtu ſuper
ſtitem uiuere religioni? Preclarum potius ſ. eſt opus: muneri cõmori
pio. Quod ſiquis ꝑiculi metu deſerat: ſacrilegium eſt. Si q̄s im
pleat ſacrificium: & pie paſſioniſ uictoria. Infulati itaq; ſacer
dotes inter ſuas hoſtias immolabantur. & amicti ſacerdotalib;
ſtolis inter cadauera ceſorum humi iacebant. fuſa illic iudeoꝝ

Iudeoꝝ ad. x. milia extincti ſt.

duodecim milia. romanoꝝ pauci extincti: plures uulnerati ſūt.
Nichil tñ grauiꝰ nulla miſeria ingemuerũt iudei: quã qđ illa
abſcondita ante ſanctificationũ miſteria ꝑtecta gentib; at ma
nifeſtata ſt. Demq; pompeius curaꝝ iſtiuſ modi declinans ſupflua:

Pompeius ꝑſcrutat iterioris templi ſecreta.

dum triumpho potitꝰ ambuſta obiret: ſequentib; ſe ſuorum plu
rimis uidit tabernaculum ſecundum. quod ſoli principi ſacer
dotum ſolemni acceſſu patebat. atq; intuſ aſpexit lucernam &
menſam & thimiamateria. et tabulaſ teſtamenti. ſupq; eaſ che
rubin. multitudinē aromatum diſpſam & ſacre pecunię talē
ta duo milia. in quibꝰ cũ plurimum auri eſſet: integer tñ ab oĩ

Pompei moderatio.

cupiditate ꝑut ipã. uel ſiqua ſacrorum uaſorum inuenta ſunt:
intacta ſeruari precepit. Et ſequenti poſt excidium die. neocoriſ

neocoriſ

iuſſit mundare templi interiora. & celebrare aſſueta ſacrificia.
hircano q̄q; principatum ſacerdotij dedit: ꝓmpta eiuſ opera uſus
in obſidionis neceſſitate. Nam & ſi infidus ſuis: romaniſ tñ fide
lis ut ſua patria expugnaretur. Sed puto neminem poſſe dici fi
delem q̄ ſuis fuerit infidus. Non ꝑfunctorie itaq; in ipo prelio
nũc hoſtes ſuoꝝ. quod extra muram ſpti multitudinē admitentē

X

Aristobolo: retraxit ab eius societate. Ad omnia tn̄ quibz usus est: ut preueniendi aristoboli deducendiq; eius auctoritate: uel conficiendo celeriter bello: pompeius egregius imp̄ator fuit. Preclarum hoc addidit: ut in uictoria modum teneret. Deniq; benignitate s; magis quā terrore quos uicerat associauit. auctores tantummodo belli securi ꝑcussit. tributum q; uictis imposuit. Statuit ducem. iudee fines determinauit. Suis ergo finibz artum septa iudea est. Reformauit etiā gadaram: quam iudei euerterāt. rogatus a demetrio: qui patrie sue huiūi grām a patrono (.i. a pom.) poposcerat. Et in hac causa & in pluribz apud magnum supra libertorum modum usq; ad inuidiam excellens. Aristobolum autem tū filiis & socero eius captiuos statuit secum romam deducere. Sed unus ex sobole regia intimere lapsus custodibz (.i. a): domum reuertit. ei nomen alexander. Etas fratre prouectior. & sorores due. Antigonus itaq; euo iunior, tū feminei sexus germanitate, ad urbem deducti: pompeiusq; ciliciam & inde romam petiuit. At in siria scaurus q̄ ducis officio preerat: receptis urbibus quas iudei inuaserāt in mediterraneis: scitopoli. ippone. pella. samaria. iamnia. maresa. azoto. aretusa. maritimis quoq; gaza. ioppe. dora. & ea que stratonis turris olim uocabatur: postea autem cesarea nūcupata, sub imperio herodis: q̄ & ornatum addidit: & nomen mutauit: aduersum arabas bellum moliebatur. iudeam int' eufraten & egiptum, siriam quoq; suis reformatam finibus: iuditio coercens. predandiq; cupidine (quod potius reor) an p̄ferendi (.i. ampliandi) grā imperii summam: regem arabie petram inuadere uolens: difficultate quidem locorum impeditus: irrumpere nequiit. Plura tn̄ uel ꝓpinqua urbi: ut longe posita deuastauit. Quibus in locis exercitum eius morantem fames incesserat. ac pene incidisset facinus miserabile:

Cōmendatio Pompei. & de his q̄ post uictoriam i Judea gessit.

gadara

Aristobolus Captiuus.

cilicia
Scaurus

Scitopolim
ippone
pella
dora.

Cesareā herodes cōdidit ubi olim stratonis turris nuncupabatur.

eufrates

Antipater
Alimonia

Alexander filius
Aristoboli

gliscere

gabinius

macheruntam

M. Antonius

malichus
phitolaus

Alexander a gabinio
superatus familia iudeorum
extinctus.

nisi per antipatrum laborantibus romanis: hircanus alimoniam
ministrauisset. idemque de consilio scauri aretham monuisset: sol
uere bellum pecunia. Denique trecentis talentis arabs hoste se ex
uit. scaurum redemit. hoc regressionis eius pretium fuit. Quę
res fidam hircano cum romanis firmauerat societatem. & pro
funde pacis securitatem fouebat. quod in locis hostilibus ex
ercitui romano opa eius ex indigentia graui: frumenti sacie
tas facta, auxiliumque presto fuit. Sed ubi alexander e uinclis
magni elapsus: primum occulte, & per aliquantum temporis ma
num idoneam sibi congregans: deinde palam percursare cepit
iudeam: Exagitari hircanus, & rebus suis diffidere, roma
nos cura urgere, ne bellum glisceret. quoniam etiam murum
reparare ierosolimis constituerat, quem magnus destruxerat.
ac prope aggressus fuerat opus. nisi gabinius qui scauro suc
cessit: curatis strenue ceteris: quibus terrorem sui nominis spar
serat: occurrendum alexandri temptamentis estimauisset.
Nec alexander refugiendum arbitratus. sed decernere prelio
ausus: cum decem milibus peditum, mille & quingentis equitibus:
etiam castella reparauit. alexandrium. hircanium. macheruntam.
receptaculo sibi si res poposcisset futura. uel hostibus impedimen
ta. quoniam & arabia non satis fida romanis proxima erat. Gabinius
quo citius occurreret: marchum Antonium cum parte exercitus pre
misit. ut iter hostium impediretur, donec ipse cum toto agmi
ne adventaret. Antipater cum electis adueniens: & malichus:
& phitolaus: diuisis iudeorum submixi cateruis: cum antonio ui
res iunxere. Quos ubi confertos alexander uidit: nam iam
& gabinius aderat: flexit consilium: ut retrorsum cederet.
Sed cum iam non longe esset ab ierosolimis: coactus manum

conserere: uictus aufugit. ne tatis ferme milibȝ tribus suorū
ceteris captis/aut dilapsis. Vix alexandro pauci sup̄fuere
ad fuge potius societatem: quam ad rebellandi audaciam.
Deniq; pacem a gauinio petens: etiam castella/ne quid suspectū
haberent: romanis tradidit. Eo bello egregie antonii uirtus
emicuit. quāuis ubiq; (.i. semp̄) preclarum documentum sue dederit
fortitudinis. Gabinius in qinq; cōuentus iudeam diuisit:
ut potestatem minueret/& ex q̄ orbabatur potior rerum in
solentia. Hircano p̄ mansuetudine ingenii eius/sacerdotii ho
nor mansit. Totius aūt cōuentus regionis eius/nō uni: sed in
cōmune ierosolimitanis a gabinio cura imp̄tita. Itemq; ce
teri conuentus/sitim̄ attributi p̄ gadaram & amathuntem.
& iericho. sefforitanasq; urbes solitet potiores diuisit. quo & sin
glor potentie nihil relinqueretur. & functio regionum nō ua
cillaret: que pub^tam expectaret sollicitudinē. Quod a roma
nis ad resecandum rebellionis metum: & a iudeis ad deponen
dam inuidiam tum grā susceptum est. qm̄ n̄ sb rege sed sb
optimatibȝ degeret hebreor genus: ad rei pu^ce romane simili
tudinem. In qua non unus imp̄itaret. sed p̄uites optimi
quiq;/quibȝ sortito magistratus cesserat/amministrabant:
regni quidem exortes. sed regum arbitri. Consultū p̄uide
aduersum inqetudinē gentis estimabatur. Sed aristoboli
fuga/reditusq; in iudeam: plurimū turbarum excitauerat.
plerisq; refluentibȝ ad eum: quos amicitie ueteris grā solli
citauerat. aut res ultime quibȝ remediū ex discordia pu^ca
querebatur: ima summis miscere cupientibȝ. atq; alie spes lap
se forent. Regressus igitur munitiones edificare/alexandrū
reparare ceparat. Quo cōpto gabinius: sisinno & antonio & ...

gauinius

amathuntem
iericho
sefforitane

optimates

Aristobolus a Roma fugiens i iudeā uenit.

sisinnus

phitolaus

.V. Iudeorum cesa.
Aristobolus in macheunta fugiens se recepit.

Aristobolus Rome in custodiam truditur.
bithynia

parthi

pelusium

Alexander fil. Aristobuli.

cum parte exercitus directis: ceptum opus impediunt. Desertis est mu
nitionibus aristobolus se bello parauit. Et quia maiore numero quam
usu agmen trahebat: deonerauit inermis populi multitudinem. Et
sola octo milia armatorum coegit. adiuncto quoque phitolao: qui
uoluntarius ex ierosolimis cum uiris mille aduenerat. Deinde or
to prelio: imminebant enim romani eius ceruicibus: aliquandiu quidem
strenue pugnatum. Tamen preualuit uirtus romana. cesa iudeorum
quinque milia Aristobolus cum mille uiris irrupit aciem. Et in cas
telli macheruntis munimentis sese recepit. duo milia alio dilapsa. Ad
orsi tamen castellum romani: per biduum ferme dilati: quoniam de ultimo pe
riculo aristobolus totis uiribus decernebat. sed nequaquam diutius sus
tentare potuit. captus cum filio antigono/quem pariter fugiens de uin
culis secum abduxerat: ad gabinium missi. Et ab eo romam directi
sunt. Senatus aristobolo in custodiam detruso: filios eius ad bithyni
am dimisit. quod gabinium ferunt epistolis insinuasse: Id aris
toboli coniugi promissum/remunerande sedulitatis eius gratia: obtra
ditas sibi munitiones. His in iudea gestis: gabinius audendum ali
quid ratus: in parthos expeditionem parauit. sed suspecta partum
ptolomei regis reuocauerunt profectum. Nam ab eufrate in egip
tum gabinius iter conuertit: usus necessariis ad omnia ministe
riis antipatri et hircani. sed hircani per antipatrum quoque pecunia
frumento. armis. auxiliis quoque exercitum iuuare. ac maxime
circa pelusium congressiones nisi gnaris locorum et totius belli ge
neris/iudeis omnia procurantibus: gabinium fatale deterruissent. Sed
rursus morante exercitu/alexander aristobuli miseriam sese in
alteram uellit uaciam prouinciam immergere moliebatur: nisi
rumoribus excitus gabinius reditum maturauisset. premisso
que antipatro reuocasset plurimos iudeorum ab alexandri societate.

.s. alexander

Quorum multitudine fretus: parabat omnes quos in regione offende-
rat romanos exitio dare. Denique dilapsis licet iudeorum plerisque
per antipatri conuentionem: audaciam tamen non deposuerat. Pluri-
que adorsus: in triginta milibus uirorum circa itabirium montem
fusis: cum decem milibus aufugit: reliquorum dispositione bellum con-
fectum. Gauinius compositis ad arbitrium antipatri rei publice
ierosolimitane negotiis: inde profectus nabatheos prelio subegit.
mitridatemque et tigranem fugientes de perside occulte dimisit. pa-
lam tamen militibus intimauit fuga lapsos. Successit gauinio crassus.
et profecturus ad parthicum bellum: omne quod erat ierosolimis
in templo aurum abstulit. et preterea duo milia talenta detra-
hi iussit: quem pompeius intacta reliquerat. Nec longum leta-
tus. ubi transmisit eufraten exercitum amisit. et ipse extinctus
est. Eo successu parthi leciores: transeundum in siriam credide-
runt. Quos strenue ex insidiis excepit cassius et commisse sibi prouincie
finibus reppulit. non sine graui detrimento hostium. tum effuse uenien-
tes quo neminem sibi obsistere ausurum arbitrarentur: locis pre-
uentos angustioribus occupauisset. Denique fusis suorum pluribus bellum
deseruere. Cassius repulso hoste securus prouincie (.s. sirie) in iudeam irruit.
et taricheis deletis: triginta milia iudeorum in seruitutem uendidit. Pi-
tolaum quoque suspectum doli: quod partes aristoboli fulciret: iugulari
iussit. Neque expers consilii eius antipater fuit. ut emulum poten-
tie quam maxime excluderet. Is cognouit uxorem cui nomen
cipris splendidissimo inter arabie feminas loco ortam. atque ex ea
suscepit liberos quatuor sexus uirilis. et unam feminam. Viris
huiusmodi uocabula. Primus fasellus. sequens herodes uocatus. tertius
iosephus. quartus feroras. et salome filia. eaque causa uir egregie
factus ad merendam muneribus atque amicitiam societatem regis

Gabinius Allexandrum bello fudit. itabirium

nabathei

Crassi auaritia

Cassii uirtus in parthos.

.XXX. Judeorum uenundata. tarichei

Antipater herodis pater. Nota.

cipris

fasellus herodes iosippus feroras — filii antipatri.
Salome filia antipatri

potencium: gratiam preceteris s. regis arabum conciliauerat. quia
de locis arabię uxoris acceptę / pretendebat necessitudinem. Demque
aduerſus ariſtobolum decernere prelio parans: filios ſuos predicto
arabum regi / quaſi mutuę caritatis pignora / direxit. Quos ille
quaſi depoſitum in uiolabile ſuſceptos: eo cultu quo liberos do
mi habuit. et poſtea repetitos patri reddidit. Sed cum ariſtobolus
x bello ſuperatus in uinculis haberetur: alexanderque filius eius ſecun
dum conuentiones patris / quibus eum caſſius ad eufraten reditu
rus deuinxerat / prelio uacaret: & confinia perſidis haud ullo ſuſ
pecta parthorum tranſitu infeſtarentur: & blande tranquillitatis ſpes
orientis in partibus / humanas leuaret ſollicitudines: ceſar trans al
Tangit bellum ciuile Ceſaris & pompei. emachia — pinis regionibus galliarum / italię ſeſe infundens: pompeium ſena
tumque / ultra ionium mare expulit. Italię excluſus: emathiam
(i. pom.) magnus petit. eoque diuerſis ex locis romana iuſſit agmina ſequi:
quod ibi bellum pararet. Quibus intentus gerendis: ariſtobolum
Ariſtobolus a ceſare uinculis ſoluitur: flaminia — quem romę uinctum reliquerat / (ſ. pompeius) cum ceſar qui inter urbem
romam atque pompeium medius erat / quoniam de flaminia in apuliam (apuliam)
compendiariis tramitibus magnum ſequebatur: ut uel ipſum exci
peret: uel interciperet eius exercitum: uinculis leuatum: tri
butis etiam militaribus numeris in ſyriam direxit: ut iudeam
ſibi adiungeret. pompeiumque a tergo urgeret. Sed in exordio
temptamentorum / ubi ad locum peruenit: ueneno interemptus:
Ariſtoboli mors. — imperfectum negocium reliquit. Opinio mortis eius pompei
fautoribus aſcribebatur. Ita luſe ſunt diſpoſitiones ceſaris. &
deſtitute ariſtoboli cupiditates: noua quadam mutationum
uarietate. ut tutior fuerit exul inter hoſtes / in uinculis cap
tiuus: quam inter ſuos ciues dominus in cubiculo. rex in conuiuio.
Quo comperto pompeius / quod ariſtobolus in iudea recidiua s. bella

reparare temptauerat: etiam filiū eius alexandrum iugu
lari iussit: suspectum minus ꝑtes cesarianas. Scipio gnei — Alex aristoboli filij mors. Scipio.
mandatis obediens: ꝓ tribunali statuit reum. ut species iudi
cij pretenderetur: accusatoribꝫ quoq; adhibitis. atq; in eum q
romanam rem p. armis inquietasset, sententia ꝓlata. ut ꝑ
iuris potius auctoritate, quā pro executione precepti, more
quo duces hostium coniunctos rebellionis: securi ꝑcussus
estimaretur. Cognita utriusq; nece, ptolomeus, qui suscepat
aristoboli germanos et uxorem alexandri philippionam: — philippiona
filiū suū in urbem ascalonam direxit: memoratos accersi — ascalona
turum. Ille adueniens suscepit antigonum, atq; eius sorores:
ut ad patrem deduceret. Vsu & consuetudine amoris igniculus
obrepsit adolescenti. ignoscendo profecto si scirent tirām
ignoscere. atq; alteram de sororibꝫ accepit s̄ in coniugij societatē.
Non tulit hoc ptolomeus pater. sed occiso filio: nurū ꝑpriaꝫ — nephādū ptolomej scelus.
s̄ iunxit. morum egregius (ironice) censor: q̄ in exoratam dāpnaret
in filio coniunctionem: ut ipē se parricidio & incesto cōtamina
ret. Pompeio interfecto. qui dum arma cesaris fugit: spado — Mors Pompei. spado egiptius
in egiptio caput suum amputandum prebuit. conuerse
tes. Prebuit tū ea patientia caput: qua tantorꝫ ꝓpliorꝫ aliq̄
tiens uictorem decebat. ut in illa uicti sorte: exulisq; condi
tione: cōspiciens rerum humanarꝫ ludibrium & uarieta
tem: gladio ceruicem offerret. ab eo (.i. ptolomeo) cui regnum dederat:
pro gr̄a mortem recepturus. Post cuius necem mutatio facta:
plerisq; ex familiaribꝫ magni (.i. pom.), amicitiam cesaris expeten
tibus. precipueq; antipatro: incredibilem immodum pre
dito, ad omnis quorum affectaret amicitiam. Omnibꝫ enim
necessariis opes, & maxime in preliorꝫ apparatibꝫ. ubi exim

mitis atque aduersariis sepe numero cariores efficiuntur. Et quia
ptolomeus egipti rex fidem leserat: ab ipso cesare bellis grauissi
Mitridates pergamenus
mis premebatur. Pergamenus mitridates cum omni manu quam se
pelusiati
astalon
cum deduxerat: pelusiatis repulsus obstaculis: in urbe astalone
resederat. Desperatoque transitu, & conatu irrito: nec iam se committere
.i. mitridati
bello audebat: locis iniquioribus & impar uiribus. Cui antipater
arabes primo in auxilium asciuit. deinde tria milia iudeorum,
.i. mitridates
ualida manu & munita armis, secum perduxit. Commouit etiam
sirie potentes in adiumentum ipsius. ptolomeum qui habitabat
blitum
in libano. etiam blitum & ptolomeum alterum. Quorum freti societa
t. accesserunt. t. accessi sunt
te: etiam alii populi ad bellum accessi sunt. Quibus adiunctis uiri
bus fretus mitridates: pelusium accessit. Et cum transitu prohiberetur:
Antipatris strenuitas.
obsidionem est adorsus. Quo loci antipater preclarum militie
documentum dedit. Siquidem resistentibus oppidanis, cum sum
t. decertaretur
ma ui belli utrimque decerneretur: primus cum suis diruta mu
rorum parte, in qua ipse preliabatur: urbem irrupit. eamque cepit.
X
Nec tamen hic finis laboris adiumentique: sed etiam cum introrsum ex
ercitus pergeret: et circa eam que appellatur omie regio iudee, e
gipcii uellent resistere: quo intercluderent iter: rursus antipater
non solum remouit prelium: sed etiam ad exercitum iuuandum,
que necessaria forent usui humanitatis: ab ipsis qui arma contra
memphite
parauerant ministrari effecit. Unde memphite quoque animos
a prelio reuocauerunt. & se mitridatis societati uolentes dedere. Qui
t. superiora.
pretergressus suspectiora: cum reliquis egipciis conserendum ratus:
liberioribus quidem locis sed ualidioribus uiris regionis ipsius cuius
incolatus iudeorum exercitus appellabatur: strenue decertauit: adeo
ut prerupto sese periculo daret. ac pene extinctus foret: nisi an
tipater uidens totum in quo mitridates erat, dextrum cornu sa

uolueret urgen

cohorte urgeri: ex alia quoque parte includi flumine: nullum effugi
um uiris: irruisset a cornu sinistro super eos qui mitridatem cedentem
persequebantur. Quos eousque insectatus est: donec omnis hostium
populus extingueretur. Eo prelio octoginta solos antipater uiros de suis

tornus

.i. mitridates.
amisit. supra octingentos mitridates. ita ut ipse preter spem eua
serit. Atque hec uno momento clades secuta. antipater multis uulne
ribus corpore exceptis: egregium uirtutis sue testimonium apud
cesarem inuenit mitridate presertim non solum sue absolutionis
interpetre: sed etiam fortitudinis predicatore. Quibus egregie cesar
delectatus: in honorem antipatrum ut oportebat inter ami
cos recepit. Demum ubi ea que in egypto forent constituenda dispo

Antipater. a Cesare inter amicos acceptus.

suit: atque in siriam processit: romane cum R.P. honoribus affecit.
Talentum quoque contulit. ceteraque ut probato sibi uiro gratie sue pig
nora impertiuit. hircano etiam summum sacerdotium de senten
tia antipatri uolens firmauit. Antigonus quoque in siria cesari occur
rit. & quem uel patris deflere erumpnam conuenerat: ueneno per

.s. patris .i. allexandri
amicos pompei interfecti: uel supplicium germani quem scipio sum
ma crudelitate tanquam reum securi percusserit: inuidie magis
quam doloris partes exequebatur. ut hircanum & antipatrum
incubare alienis que sibi ac fratribus suis per scelus erepta forent: ques

Antigonus Cesari de hircano & Antipatro queritur.

tu grauissimo coaceruaret. extorrem se factum habitationis pater
ne. terram in qua sit natus negari sibi. tamen suas iniurias tolerabi
liores uideri. multo acerbiores illas quibus tota gens populi iudeorum
ab hircano & antipatro afficeretur. Eosque de bene gestis in egipto
rebus uendicare gratiam. cum illud mitridatis iuuandi munus:
non ex insita in cesarem beniuolencia sedulitas ulla detulerit: sed
ex pompeiane conscientia societatis formido extorserit. ut esset of
fensionis optentus. Aduersus ea antipater non uerborum referens in

Antipater ad Antigoni obiecta respondet. & illa egregie refellit.

uitem: ſed uerum aſſertionem: ſcidit ueſtem et nudus indumen
torum: plenus uulnerum: cicatrices dilorıcato amictu, offe
renſ oculis circumſtantiū ſpectate indicia uirtutis: En inquid
maliuolentię męę in cęſarem teſtimonia defendant. uerum quę
tanquam lumina animi micant. haſ ego cicatrices t cęſar, uo
luntatis internę obſides tribuo. hęc ego fidei męę depono pigno
ra. & inſcriptoſ cordis apices gero. Si ciuibus nō creditur: hoſtes
interrogentur. pro quo uulnera iſta ſuſceperūt. Quid mine aliud
niſi fidem quam tibi deferrem pſequebantur. At obiectat mihi pō
pei grām. fateor cęſar me non homini: ſed nomini romano a
micum fuiſſe. idq; ſtuduiſſe egregie. ut urę. RP. mea officia impē
derentur. Militaui quoq; n̄ uni: ſed omnibꝫ fuerit carus mihi
pompeius. ſed ante mihi ille cępit amicuſ eſſe: quā cęſari eſſet inimi
cuſ. Tuuſ ille gener erat. & tu ſocer illius. Cum eſſet in partibꝫ iudeę,
iuui ut romanum imperatorem. nō tñ ea pro illo quę pro te excepi
uulnera. Tibi impendi uades mortis. & ictus telorum excepi hoſti
lium. Quid mirum aūt ſi captiuuſ uulnerum decus neſcit. &
fugitiuus fides quid ſit ignorat? Quid aūt pperuuſ hoſtis obiciat
mihi: n̄ urām amicitiam? Mirum ſane uidetur: quod accuſatum quē
quam romanoſ adeat antigonuſ: quoſ bello ſoleat inceſſere. atq;
apud eos exutum ſe imperio queratur: cuius uſum ac negotium, nō
ad ſui potentiam, nec ad inſigne domeſticum! ſed ad laceſſenda
arma romana, & ulciſcenda patris germaniq; exitia, deſiderauę
rit. Ingratuſ ſalutis, tribunal romanum nō timeat. ſed etiam aude
at ultro inceſſare: cū ſciat iſtic rebellionis ſuę conſortem penaſ
luiſſe. Ubi antipater finem dicendi fecit: cęſar pnūciat dignum
magiſ ſacerdotio hyrcanum uideri. antipatro aūt detulit poteſta
tis electionem. Tum ille eundem arbitrum honoris, & moderatorē

Effect) orōnis Antipat.

expetens: atque in eo quod honorem daret ponens mensuram honoris:
astute satis & uerecunde/ decus retulit & incrementum potentie. Totius est iudee procurator factus est. Sane poposcit ut muros iudee qui bello diruti fuerant reedificaret. tantumque negotium date fidei securus: & postulauit & impetrauit. eaque ut moris erat romanis imperatoribus: arbitrio cesaris in capitolio scripta sunt: que insignia honoris antipatro conferenda/ cesar estimauisset. ut & sue iustitie/ & meritorum uiri/ posteritatis quoque cognitioni indicia extarent. Prosecutus autem cesarem antipater/ ex siria in iudeam flexit iter. & primo quem pompeius destruxerat murum/ in ueterem statum reformauit.

deinde tumultus repressit: conueniens singulos affectu parentis. nec mollioribus monitis: nec minis/ ut que patris essent/ potius quam belli sequenda arbitrarentur. neue exasperarent animum regis. qui si inoffensus maneret: ciuem preberet. si commoueretur: tirannum exhiberet. & si mitis esset natura hircanus/ cauerent tamen ne eum contumelie exasperarent. Sibi quoque studium esset, ut in medium consuleret pro sollicitudine pia: non pro potestate. Sed si nouare aliqua temptarent/ uindicandi animum sibi non defuturum. romanorumque amicitiam potius quam dominationem experirentur. Cui enim dubium foret/ ex amicis in arma erupturos: si eum cui regnum ipsi firmauerant cognouissent regno exutum? Simul quia lenitudine ingenii tardiorem hircanum nouerat: ad exequendas publicorum munerum necessitates, filiis suis diuidendam tuende regionis curam putauit. quod ille [scilicet hircanus] impar tante moli: impiorque esset. Faselum itaque seniorem ex liberis presulem ierosolimis/ & ducem militie constituit.

Herodem quoque minorem natu/ atque admodum adolescentem/ pari honore galilee prefecit. Qui ubi potestatem adeptus est: natura acrior ad obeunda negotia, statim ingenio suo materiam

Notabilis suasio ad omnes populos superbos.

Fasellus prefectus hierusalem

Herodes prefectus galilee

Ezechias princeps latronum ab herode interficitur.

inuenit. Laborabat enim siria ezechie latronis incursionibus; quibus ille predatorie manus princeps, totam infestabat prouinciam. Atque omnibus locis infensus erat. Quem correptum iugulari iussit. multosque predonum interemit. quod ei maximam uirtutis gloriam peperit & uberem apud siros gratiam. Vnde in urbibus ac uicis canentium uocibus celebrabatur. qui pacem & quietem publicam multo plus post tempore conformauisset. Excitabat hic sermo secundo plebis rumore, emulationem piam laudis fraterne ait faselus iuniorem natu quem adequaret mentis benignitate: allectis in primorum locum beniuolentia prestantioribus: qui securitatem temperarent gratia. Vnde & maximus honor antipatro quasi parenti publico deferebatur. Ipse tamen nichil de beniuolentia ac fide mutauit: quam obseruare hircano solitus erat. Sed difficile est in prosperis inuidia carere. Denique primo tacitus hircanus, aduuenum laudes bellicabatur. Vehementius tamen eum, que preclare gesta in herodis operibus ferebantur: exasperabant. quem ultra leges iudeorum, & priuati modum, progressum uidebat: ut omnem sibi cum fratre ac patre uindicaret potentiam. regemque exuerent omni honore. cui nichil preter nomen residisset. quod uacuus potestatis manem specie preferret. Denique inconsulto eo, plurimos neci datos: ac sine mandatis regalibus interfectos: quos lex patrum perire non sineret. Vnde herodem oportere in causam uocari plerique aiebant. ut rationem daret: qua gratia uiolauerit legem: que inauditos uetaret exitio dari debere. Assurgere hircanum. uel hinc experiri: utrum regem, an priuatum se se herodes hoc gereret. Qui uocatus in iudicium: nisi adesset, manifestum fore quo tanta eius insolentia aspirauisset. His atque huiusmodi regiorum satellitum sermonibus, hircanus per inuidiam paulatim accendebatur. qui priorem ignauie pudorem interpitabant, quod regalium neogotiorum iure decesserit:

Notabilis (?) ... ad ... populus ...

Inuidi herodem hircano accusant.

Satellites

tranſfuſa in antipatrum & filios eius poteſtate. quoſ dn̄oſ conſtitue-
rit licentia s(cilicet) regnandi imminuta. Quibus excitus, ſtatuit herodem
iudicio ſuo non defore, purgaturū, quę aduerſum leges uſurpata ob-
iectarentur. Herodes tam& ſi in iudicium ſe uocatum indignaret(ur):
tn̄ ut patris monitis: uel conſilio placidiore aduentabat, p(re)occupa-
tis galileę munitionib(us). ſed tn̄ neq(ue) inuidioſo agmine, ut bellum mi-
nari uideretur. nec iterum (l(ue)l non) intuto preſidio, ut ſalutem pderet. Fult(us)
q(uo)q(ue) ſexti ceſaris erat aſpirante ſibi grā. qui metuenſ ne quid iuuem
inſidiarum irrogaretur: preſcripſerat hircano. mandatis ut ſeriori
bus a iudicij grauioriſ periculo temperandum putaret. Vnde magiſ
abſolutionem iudicij ſexto detulit: quā uolūtati (i(d est) hircani) quāuis hircan(us)
inſimulantib(us) ceſſerat, ut eum in cauſam uocaret: uolens tn̄ abſol-
uerit. qm̄ ſeruare herodem: quam pſequi malebat. Sed ille iuuenili
calore iniuriam dolens: abſolutionis ingratus: p(er)rexit ad ſextum. ſextuſ
propoſito ſtudio: ut ſi iterum uocaretur: non obediret. Deditq(ue) ob
trectantib(us) inſimulandi locum. quāuiſ hircanus non aſſurgeret
ad ultionem: (q(uia)) eum uideret ſuperiorem. Recordatione tn̄ iniurię
quę ꝑtractando alitur, excitus herodes: congregato exercitu, pete-
bat ieroſolimam: ut ſolueret omnem hircani poteſtatem. Ac pe
ne effecerat: niſi a fratre infractus & patre, impetus eius conſenu-
iſſet. rogantib(us) ut inſurrexiſſe ſatis putaret: & minitationi uin- Digna cōmonefatio p̄ris et fr̄is ī herodem.
dicte modum poneret. Abſtineret tn̄ ab imperatoris exitio: ſub quo
nō mediocrem aſſecutus foret grām: ut tantam poteſtatem adi-
piſceretur. Leſum quidem uideri q(uo)d in iudicium uocatuſ ſit: ſed
rurſus affectum grā quod abſolutus. Durum nimiſ ſi iniuriaꝫ
pſequatur. & pro ſalute ingratuſ ſit. Dubium deinde, ancipitemq(ue)
eſſe, bellorum euentum. grauem q(uo)q(ue) inuidię ſarcinam, cum impe- ſarcina
ratori ſuo arma inferat. & ei qui paterno eū affectu fouerit: ſepiuſ

iuuerit. numquam deserit: nisi cum malis consiliariis usus: umbram
ei excitauerit iniquitatis: qua se lesum arbitraretur. his et
talibus fregerat iuuenilem impetum. bellumque intestinum a
iudea remotum. sed romanorum internitionem transfusum. atque
in eos uersum. Siquidem a cecilio basso sextus cesar dolo interemp
tus sit. et postea iulius cesar triennio et septem mensibus potestate
functus perpetua: quia priuati habitum supergressus fuerat: in
senatu graues penas dedit: cassio brutoque auctoribus. Vnde con
gregatis uiribus: cum ultum ire [iste fuit octauianus] iulius adoptiuus patris [i. Julii] exitium
adiuncto sibi antonio destinauisset: quia maximam belli partem
missis auxiliis herodes iuuisse estimaretur: totius sirie eidem
regende mandata sollicitudo. Que res antipatro causa letalis
exitii fuit. Timens autem malichus antipatri potentiam: que uirtute
herodis cumulabatur: corrupto uno de regalibus ministris an
tipatro uenenum parauit. Quo potato post conuiuium statim
moritur antipater. impigro in ceteris ingenio. et maxime querendo
do et stabiliendo hircani imperio uir strenuus. Tulit grauiter
herodes obitum patris. commotoque exercitu, ultorem pollicebatur.
Sed fraterno consilio reuocatus, ne bello intestino iudea inter
herodem et malichum uexaretur: parato ad repugnandum, et
maxime dissimulante malicho, quod necis antipatri conscius
foret: in aliud genus ultionis facile traductus est. ut satisfac
tione accepta, quod nulla fraude malichi antipater obisset: hirca
num ac malichum herodes ad cenam uocaret. et de sententia
cassii, qui etiam suis [i. militibus romanis] id negotii mandauerat: ad obeundam ultio
nem directis: parati centuriones, propositique romani exercitus,
uenientibus hircano simul ac malicho occurrere in litore: atque
euaginatis gladiis: utrumque eorum circumstetere. Solum tamen ma

[Margin:] interitio — Cecilius bassus. — mors Julii Cesaris
[Margin:] Antipater opera Malichi uenenatus occubuit.
[Margin:] Malichus interficitur.

lichum multis uulneribus confossum, acclamatum: supremo
exitio trucidauerunt. Consternatus eo terrore hircanus, sensum
amisit. atque omni solutus uigore mentis & corporis, corruit. Pau
lisper tamen ubi sese recepit: interrogatio herode quis precepisset
malichum occidi: ubi cognouit ex prepositis cassii romani im
peratoris iussu necatum: illico respondit. Cassius ergo & me, &
patriam meae saluti fuit: qui utriusque insidiatorem peremit. Sed
hoc siue pro metu dixerit: siue ita senserit hircanus, haud li
quido patet. neque nostro iuditio diffiniri potest. Insurrexerat
elitus qui fraterna necessitudine malichi mortem cuperet Elitus.
ulcisci. sed quia herodem lacessere non audebat: fratrem ip
sius faselum pulsandum arbitrabatur. Quo cognito herodes:
mouere se cupiens: retentus est corporis infirmitate. Elitus
interea munitiones quasdam, & precipue masadam, impositis masada
presidiis: occupauerat. Sed ubi herodi refusus salutis uigor.
recepta omnia: ipsum elitum de munitione masada. hero
des obsecrantem dimisit. Interpellauerat eius potentiam anti
gonus aristoboli: amminiculante sibi ptolomeo socero. quos herodes
prelio fudit. & eiecto antigono ierosolimam uictor reuertit:
magna gratia etiam recentis triumphi. & precipue noue coniunc
tionis. Nam primo dosis ei coniunx adheserat. ex quo antipatrum Dosis
susceperat filium. postea mariamnem alexandro aristoboli filio Mariame
genitam, sedis sibi nuptiis copulauerat. hircano proximam atque
ob eum regali preditam nobilitate. Nec tamen inuidiam euasit:
quod regnum preceptum ex hircano effectauerit. Nam ubi bel
lo macedonico cesar [i. ottauianus] atque antonius cassium brutumque oppresse
re: uictoresque, alter [i. otta.] in italiam regredi maturauit: alter [i. anto.] in siria
operandum credidit: legationibus plurimis affluentibus: co

Optimates Iudeorum criminant herodem et fasellum fratrem eius.

.i. omes optimates.
uenere ad antonium iudeorum quique potiores. atque in bithiniam p̄cesse
re: accusantes herodem fratremque eius faselum. eo quod ipsi uiolenter
inuasere rerum omnium potestatem. nomen solum hircano ad spe-
honoris dereliquissent. Sed presentia herodis preualuit. et gratia.
qui non mediocri pecunia, sed muneribus opimis, antonii sibi animum
deuinxerat. Vnde nec sermone quidem ullo constrictus ab antonio: euacua
uit inuidiam aduersum se directe legationis. Iterum centum
fere uiri iudeorum, anthiochiam adusque, non minore spiritu accu
satum p̄fecti: apud dafnen offendere antonium iam totum cleo
patre amoribus deditum. atque eius libidini deseruientem. ibique ar
guere ceperunt intolerabilem fratrum potestatem. Mesala contra refelle
bat assistente hircano. et insolentiam gentis redarguebat: que fac
tione paucorum excitata, suos detrectaret. alienos quereret. hirca
nique iniuriam pretexerit: cum hircanus quod ciuibus esset accomo
.s. gens hebrea.
dum p̄optauisset. Cognitis itaque allegationibus partium: interroga
uit hircanum antonius, quos aptius preesse arbitraretur. Cuius affec .i. Antonii
tu secundum herodem ac fratrem eius conueniente: cum uoluntati sue
.s. quia
responsa congruerent: delectatus ad modum, quod erat fratribus pater
ne hospitalitatis copulatus necessitudine: quoniam eum cum gabinio adue
nientem in iudeam gratissime satis antipater hospicio receperit:
multisque p̄coluit officiis: herodem et faselum tetrarchas ordinauit.
totiusque iudee p̄curationem agere p̄cepit. hinc quoque multiplicatus est
numerus conquerentium. Nam et si alios legatorum custodia ceperat:
alios affecerat contumelia: illi tamen postea legati ad antonium tyro in
urbe degentem, (facta in ierosolimis seditione) pergere precepti: uoluntati
ciuium non defuerunt. Et quamuis grauiter esset in reclamantes uin
dicatum: rursus tamen p̄strepere ausis: missus ab antonio tyriorum preses,
qui corriperet insolentie reos: tum tam ipse quam etiam herodes atque hircanus

Messala.

tetracha

q̄teret ne ſibi grauiſſima ſupplicia, patrieq; ꝑturbationeſ & cauſas
belloꝝ gignerent. Vbi nichil profectum: ſed irrationabili contentōe
miſceri oīa cœpe: direxit armatos antoniuſ. a quibꝫ aliꝫ cęſi. plerìq;
grauiter ſauciati. ab hircano tn̄ aut ſepulturę mortui: aut medicinę
qui potuerant euadere grām adepti: geminę humanitatis occa
ſionem dedere: q̄ eius in ciueſ beniuolentia manifeſtaretur. Cęte
ri quoq; q̄ effugerant: ita urbem exagitando exaſpauerunt anto
nium: ut etiam in eoſ quoſ uinctos tenebat, ſuprema ſupplicia
mandaret. Ceſſerat acerbitati inſolenciaſ. ſed decurſo ferè biennio,
infuderat ſe ſirię parthoꝝ exercitus pacoro regis filio & barzafra
ne ꝑſarum ſatrapa barbarum agmen ductantibꝫ. Quibꝫ ſtimula
tor acceſſit liſanias ptolomei filius, defuncto pr̄e. cui cognomentū
menneo fuit. exutus iam ptāte. et per memoratum ſatrapam
ſollicitauit pacoꝝ: ꝑmiſſis mille argenti talentis: & quingentiſ mu
lieribꝫ: ut antigono regnum daret. hircanum ſolueret ſacerdotium.
Pachorus miniſtro regio partem eq̄tatus dedit (q̄m ipſe rebellionibꝫ
intra ſiriam detinebat) ut in iudeam tranſiret. atq; antigono rem
gereret. ſtudium eius iuuaret. Sed hoc q̄ parum ꝓceſſerat. ubi
cōfligentibꝫ aduerſum ſe iudeis: herode ac faſelo ducibꝫ & contra
antigono. de ſententia antigoni ꝓpoſitum foret: ut pachoꝝ concilia
torem pacis reciperent. Quod faſelus ingenii facilitate, obnitente he
rode: ꝓbatum in tempore mox ſibi ꝑniciosum expertus: cognouit
natūā barbaros eſſe infideles. Nam miſſus ad barzafranen q̄ſi pa
cis executorem: cū hircano ꝓfectus, occurrit ſatrapę: aſtute ſatis
uelanti inſidias ſpecie benignitatiſ. Denìq; ꝓfecturis munera
dabat & quemadmodum circūuenirentur, diſpoſitionibꝫ ſuis cō
ſtituebat. Perſequebantur eoſ cuſtodie magiſ cauſa: quam ſocii ꝑicu
lorum. Deferebantur nuntii: quod mille talentis parthis redempti

Pacoruſ Regiſ ꝑtoꝝ
filius.
Barzafraneſ Satrapaſ.
Lyſaniaſ ptolomei fil.

×

foret, ad exitium memoratorum. Ofellius quoque fugam suadebat: quod
a Saramalla Syrorum ditissimo factionem eis paratam cognoue-
rat. Sed nec sic quidem adductus est Faselus: relicto Hircano sibi
consulere. Verum adorsus est satrapam grauibus contumeliis. quod
pretioso fidem proderet. plurisque pecuniam, quam caritatem du-
ceret. amplius pro salute sese dare: quam Antigonus pro regno
annumeraret. Sed spersa fidem quam perdiderat, periurio con-
ciliare sibi nisus, et suspicionem omnem depellere: haud multo
post dolum patrauit. Nam eo profecto ad Pacorum, quibus id ne-
gocii dederant: Faselum et Hircanum corripiunt. execrationibus
(quoniam aliud iam facere nequibant) ulcisci cupientes barbarorum
periuria et perfidiam proditionis. Nec minus uiri minister, missus
in Iudeam: dolis pretenderat ut caperet Herodem. Sed illum
iam dudum suspectantem insidias barbarorum: grauis ad ca-
uendum cura exercebat. seseque intra munitiones tenebat. nec
simulatis a Pachoro mandatis, quibus de Fasclo eiusque insolen-
tia fratrem conueniret: muros egredi, et alloquiis hostium sese com-
mittendum putauit. Cognitoque fratrem et Hircanum teneri:
noctu in Idumeam suos premisit. atque ipse cum seruulis inse-
quentes barbaros fudit. multisque cesis: in Masadam sese compa-
rato contulit. Grauiores tamen parthis expertus Iudeos: qui fugi-
enti incubuerant. et suos quidem intra munitiones composuit:
ultus sese de insequentibus. Ipse autem relictis presidiis, que ma-
tri et fratribus iunioribus presidio forent: in Arabiam petream
contendit. Infudere per sese Ierosolimis: irruentes in fugientium
domos. uersa omnia in rapinas. bellum, tumultus. Eoque inimia
pressit: ut regnum Antigono traderent. Faselus quoque et Hirca-
nus, in potestatem eius ad subeunda que libitum forent consigna-

·s· antigonus.

rentur. Ille aut̄ sese tenere diutius nequiuit. sed continuo in hir
canum ferō impetu: aures eius dentibȝ suis abscidit. ne quando
ulla rerum conuersione: rursus ei pateret ad sacerdotium. Sū
mum ē sacerdotem inmutilatum esse oportet. nec litere per
legem liquet, ut mutilato corpore, quisquam summo fungat᷑
munere sacerdotii. faselus astute s' mortis celeritate, contumeliaz — fasellus s' morte ꝯstituit alliso capite saxis.
ꝑuertit. illiso capite saxis que forte occurrerant. dedignatus ſ
uari ad ludibria: uel iussu alieno mori qui possit (uinctis licet ma
nibus, & ferro negato) exitum uite inuenire. Fuit tn̄ etiam de co
smo huiꝰ modi. qđ saucio, antigonus medicum adhibuerit: quo
uenena uulneri tanq̄ medicamenta infunderentur. Sed quem
libet exitum horum principiumq; habuerit: spiritu ferocior addi
disse allegatur, in ultimis suis cū iam exalaret spiritū: cognito q
herodes uiueret, & fuga paratas insidias euaserit (s. herodes): cū grā sese obi
re, q̄ superstitem (·s· herodem) relinqueret, qui sibi ultionem referret. herodes
aut̄ ꝑperauit in arabiam: sperans se accepturū pecuniam. q̄ sola
barbaricam inclinari posse crederet auaritiam, ut fr̄is redimeret — q: arbitrabat᷑ fasellū captiuū custodiri.
captiuitatem. ac si uel arabem patne immemorem dilectionis:
ut referendis muneribȝ tenaciorem offenderet: es mutuum posce
ret. pretium redemptōis pro quo oppigneraret redimendum filiū:
q̄ ad hos usus septennem puerum secum deduxerat. Sed preuentū
est pie studium germanitatis morte faseli. & inuacuum hero
des tam sedulo fraterni studia muneris exequebatur. Prius tn̄
q̄ de morte fr̄is cognosceret: bothum arabie regem alienum
reppit: quem amicum credebat. Nam is fidem cum tempore
mutauit. etiam appropinquantem arabie finibȝ herodem uetuit
intrare. composito, qđ sibi parthorum (& pacoru) nuntiis insinuatum foret: ne
profugum suum in regnum arabie recipiendum putaret: belliq;

grauissimi causam gigneret. Quibus offensus herodes: continuo
retulit quae iuste commotionis dolor pepulerat. atque in aegiptum con
uertit. Mox tamen boethum praemittit uiolatae gratiae. missisque per quos re
uocaretur: herodes peruertit. Cui ingresso regiones quas rinochori
inhabitabant, et de fratris interitu et de hircani captiuitate qui sub uin-
culis in partienen ductus est: ueris indiciis manifestatum. tantum
que meroris assumptum, quantum depositum sollicitudinum ut pro bello
fugam pararet. Denique alexandriam summo studio contendit. atque
ibi cum honore a cleopatra susceptus: quod tanti nominis uirum,
ducem militiae suis expetendum partibus arbitraretur. Unde post habitis
reginae petitionibus romam enauigauit. minores procellas hiemis
ratus: perturbationesque italiae coeptas: quam quos in cleopatrae mobili
tate, grauiores omnibus naufragiis, fluctus perhorrescebat. De
nique inexpectatis uentorum flatibus, profectus circa pamphiliam:
periculum incidit. sed euasit tamen et mutato nauigio, brundusium
prius, atque inde romam peruenit. Ibi paternae amicitiae praerogatiua a
diit antonium. deploratisque suis et domesticarum aerumpnis necessi
tudinum quibus in obsidione positis romam precatum uenerat: an
tonium flexit. assumpta ex tanta rerum conuersione insedia, quod
rex dudum potentissimus, et qui romanae rei publicae saepius tulerit opem:
repente ut naufragus et rerum omnium egens: auxiliique inops: quod suis
in periculo positis suppliciter imploret auxilia: sedem mutauerit. In
quo et si antonius hospitalitatis gratia, quae sibi cum patre eius antipa
tro fuerat propense inclinaretur: maximeque quod idumeam tetrarchen
faciens regno praedestinatum reliquerat. cesar tamen beniuolentia natali
.i. larga et abunda manu effusior: et tolleratam in aegipto antipatri mi
litiam omnibus prius sui cesaris proeliis: et hospitalem coniunctionem:
tamquam renouatis gratiae pignoribus, cariora habebat. suspectabat tamen

Herodis nauigatio in Italiam.

Brundusium.

uersutum ingenium regis: non equo & bono, sed negotiorum suorum utilitatibus prave intentum. Senatus adeundi data copia: apud quem messala & atratino astruentibus paterna benegesta: ipsius quoque herodis officia quae romanam rem p(ublicam) / patrum auctoritate decretum est: utile romano imperio regnum herodis uideri. Quod et a stipulante antonio bello adversus parthos gerendo: adiungi romanis memorati regis societatem conduceret. Dimisso senatu: cesar atque antonius & herodes pariter egressi curia: prosequentibus magistratuum officiis / deducuntur. Primoque die quo regnum herodi senatus consulto delatum foret: antonius adornat convivium. regemque invitat. Eodem fere tempore ioseppus frater herodis / aque inopia / fugam in nocte composuerat. sed tanta subito vis pluviarum terram infudit: ut omnes repleret ductus aquarum. Itaque revocato transfugio quod ad gentem arabum parabat: obsidentis antigoni copias / partim insidiis / partim congressione atque aperto prelio fudit. sed & ipse plerumque adverso exitu sese in castrum recepit. Etiam herodes ex italia in urbem sirie ptolomaidem impulsus aderat. perque egressus navigio: cum ingenti manu civium, & peregrinorum / antigonum petebat. occurrentibus sibi uentidio & silone ducibus militie romane. quos antonius deducendo herodi adesse preparat. Eo dellius in hos usus directus ab antonio. licet abhorrente studio quod utrumque eorum antigonus precio averterat: specie tamen de proximo convenire suaserat. Siquidem in proximis urbibus, obreprimendi belli parthici tumultus: uentidius immorabatur. Silon autem intra iudeam positus: aperta cum antigono societate pecunia conficiebat. Nec tamen herodes auxilio egebat. cui preter paucos galileorum / universi adheserant. Et quia propositum erat ut de masada suos quam primum eriperet obsidione: ioppen in medio positam pugnando cepit: adversariorum

Herodes a Senatu Rex Judeorum declaratur.

maximus honor herodi ab Octaviano. Anthonio. & Senatu habitus.

Ventidius. Silon.

manu refertam. ne ad ulteriora pgressus, hostem a tergo relinque-
ret. & quamuis iter eius antigonus impedire cuperet: tamen facili
negotio massadam recepit. suosque exemit periculo. Dein pfectus
ierosolimam: cum omnia fecisset ne pugnandi haberet necessitatem:
asserens se pro ciuibus aduersus rebellionem / non aduersum suos
prelium recepisse: lacessitus ab antigoni fautoribus: sagittis &
leuioribus spiculis de muro sibi obstrepentes / fugere coegit. Nec ulla
fuisset uictorie mora: nisi dux romani agminis silon / subornasset
milites. qui de inopia querelam exprimerent. Vastataque omnia
circa muros; difficultatemque utensilium & angustias alimento
rum ptenderent. etiam tempus adesse: quo ad hiberna eos con
cedere oporteret. ruptos impium minarentur: nisi adquietum
foret. Iamque seditio conualuerat: nisi herodes centurionibus pariter
ac militibus romanis medium se offerens orauisset: ne desererent
eum quem cesar. & antonius. senatusque. tuendum commiserat: cum
presertim iudei nichil defuturum usibus polliceretur. Et completa
oratione / in regione egressus: subito rerum omnium abundantiam
exercitui suppeditari fecit. ut nulla siloni superesset adhesionem et
causatio. Et mox erectis uniuersorum animis: cum duobus milibus peditum
& quingentis equitibus / idumeam recepit. quieto iam romanorum agmine
atque in hibernis locato. Dux factus ioseppus leuiori electus negotio.
ne quid aduersus antigonum maiore periculo usurpandum arbi
traretur. Ipse autem suos ex massada translatos: cum in samaria pluris
que munimento & usui fore crederet / constituisset: glaciali hyeme
& repletis niue omnibus locis: preueniens aduentus sui nuntius /
sefforim prisco uocitatam nomine. quam diocesaream postea nuncu
pauerunt: sine ullo ingressus prelio / reficiendis quos hiemales
pruine, atque asperiora gelu itinera fatigauerant: opportunam

Seforis postea dicta est Cesarea.

existimauit. Erat enim illic & alimentorum multa copia. Ubi refectis cibo & statiua interpositione militibus: ad usum latronum plurium adoriundum putauit. qui totam percurrentes regionem: non in more quam bellica incursione locorum incolas atriuere. Itaque primo partem quandam equitum & peditum in uicum arbellarum premisit. & ipse cum reliqua manu post quadraginta dies affuit. Nec tamen exercitus specie territi latrones: sed cum armis occurrendum rati: preferebant disciplinam bellicam & latronum audatiam. Conflictu habito cessit cornu herodis sinistrum. sed cito reparauit herodes. & adhibitis adiumentis suos statuit. insequentes perculit. atque infregit impetus eorum: qui cominus pugnantem herodem pati nequiuere. declinantesque usque ad iordanem secutus: neci tradidit. Hic reliqui omnes supra fluuium dispersi: ut omni incursionum metu galilea absolueretur. residentibus tantummodo qui se latebris recondentes, ac uelut infodientes speluncis: uictoriam morabantur. Erant autem in prerupta montium cum cauis saxorum latibulis, horrentes specus. Inter scrupeas rupes inuio undique & impossibili non locorum incolis accessu. qui transuersariis semitis & angustis callibus quibus soli adire solerent periculi usu: aduersus periculum deprehendendi tutiores forent: Caeci intus antrorum recessus. quorum in fronte petra usque ad profundas congregationes aquarum, uelut quodam continenti iugo preminens: spem adeundi excluderet. lubrico undique situ, de supercilio montium cadentibus aquis. & amnium cursu fragoso. ut precipitium fluentorum ruina: & saxum imminens charans plus terroris daret. Denique aliquandiu rex incerto hesit. non repperiens quemadmodum naturam uinceret. Postea uero huiusmodi commento usus, ut

herodes in latrones impetu facto, eos strauit.

pertinacia latronum.

in modum arcarum machinato munimine ualidiſſimoſ quoſque
includeret. et in ipſa ſpeleorum ora armatoſ retinaculiſ quibuſdam
depoſuit. Qui facile inermes cederet, & tamen omnibus neceſſitu-
dinibus & generatione inficere ceperunt. ac ſi qui reſiſtere aude-
rent: eos iniecto igni exurere. Nullus pietati locus. Quin etiam
uolens herodes pleroſque eripere neci, atque ad ſe confugiendi fiduciam
dare: auertit magis. ita ut nullus uoluntarius herodi adiunge-
retur. Et ſi qui ui adigebantur: mortem preferrent captiuita-
ti. Denique unuſ ex ſenioribus cum ſeptem filiis uxoreque adeſſet: quorum
ſaluti conſulere poſſet: eoſ omnes tali occidit modo. Singulos
quoſque progredi iubens: ipſe in ingreſſu ſtetit. & procedentem
de filiis interficiebat. Aſpiciens herodes tam triſte facinuſ ac
miſerabile: paterna perſtrictus neceſſitudine. arcebat manu &
uerbis rogabat, ut parceret liberis. impunitatem pollicenſ. At
ille haud quaquam ullis inflexus uocibus: atque inſuper regi con-
uiciatuſ: ſupra filios & uxorem peremit. Precipitatis ex alto ca-
daueribus filiorum: ad ultimum ſemet ipſum in profundum
precipitem dedit. Preteritus his antigonus, quod tam facile hero-
des latronum multitudinem, locorumque ſuperaſſet difficultatem:
ipſius quidem preſentiam declinauit. ſed conuertit ſe ad pto-
lomeum, quem herodes parthi exercitus prefecerat. & uirum (i. antigonus) ad furta bel-
li per idoneus: per eoſ quibus moſ erat turbare galileam, inp
uiſu impetu ptolomeum iugulari coegit. Ioſephum quoque
fratrem herodis germanum, aliis occupato partibus, inpigre
repugnantem: cum militibus romaniſ qui in adiumentum eius
temere collecti aduenerant: deleuit. Nec tanto contentus triu-
pho: addidit etiam uictorie grauem in (i. ioſephum) defunctum contumeliam.
ut abſciſo capite relinqueret. Pro quo ferora frat perempti, quinquaginta

lege crudelitatem hac.

Antigonus.

talenta optulit

talenta optulit. nec impetrauit. Qua uictoria, rurſus in antigo
num plurimoꝝ intra galileam ſtudia conuerſa. renouataq;
ſ. ſt.
belli negotia. antiochiam herodes contenderat. Illic ameno ſatis Anthiochia.
loco quem dafnen uocitant requieſcebat. Ubi accepto germani
necis nuntio: paulisper ingemens: paſſioni merorem diſtulit. ui
dictam parauit. Non tulit antigonus furentem dolore. ſed intra
munitiones ſeſe recondit. Irrupit herodes, ut p̄ſequeretur tanti fa herodis uictoria ꝯ Antigoni fautores.
cinoris fautores. & facile occurrentia auertit agmina. Erat multo
rum nex plurima. Obſtructe uie iacentium cadaueribꝫ: ut iti
nera ipſa peremptorum funeribꝫ replerentur. Factum eſſet p̄lium
omnibꝫ fuga uerſis: ſi herodes ierosolimam p̄tinus dirigendum
iter eſtimauiſſet. Abiecerat antigonus haſtas. ultimum ſuppli
cium p̄timeſcebat. Confuſi omnes metu, adeo ut cum aſp̄itate hie
mis reuocatus a p̄ſequendo eſſet herodes, & armis depoſitis bal
neum eſſet ingreſſus uno comitatus famulo: occurrerunt ei tres
uiri diſtrictis mucronibꝫ. Deinde plures qui fugiſſent de p̄lio la Ingens herodis periculum.
tibula quentes. hi uiſo rege, turbati metu p̄tranſiere. atq; ad exi
tum balnei feſtinauerunt. ut poſſent euadere, qui potuerant necē
regis patrare. bellumq; abſoluere. Denique nemo fuit: qui fugientes
corripet. Unde conciens herodes quanta hoſtibꝫ formido ineſſet: incu
buit p̄lio. & pappum ducem ipſum aduerſi agminis interfecit atq; Pappus iuſſu herodis interficitur.
x
eius abſcidi caput iuſſit. quod ab eo frater ioſephus regnis interemptꝰ x
foret. Antigonus interea qui fugam parauerat, diſtulit. Quem
morantem herodes circumfuſo exercitu obſedit. incubuitq; ea
parte que erat ante templum. qua parte etiam pompeius murum
irrupat. Tanta autem iam uictorie regi preſumptio: ut etiam ob
·i· mariame
ſidione cepta, ad accipiendam uxorem alexandri filiam deflec
teret. ymeneis claſſicum mutans & nuptias bello interm̄iſcens.

atq; ex occasione plurimorum conuictionis opportunitatem adeptus: a fes
tis ad bellum erigitur. Occurrit & sosius missus ab antonio
in adiumentum regium. Ita coniunctis uiribus; cum usu belli
& disciplina militari romani praeirent: & regii studio placen
di inniterentur: uix quinto mense facta est irruptio herodianis in mu
rum ascendere ausis; irruentibus autem romanorum centurionibus.
ibi tum innumere cedes. uastata circa templum omnia. Alii fugien
tes ad templum: alii congregati intra domos obtruncabantur.
Nulla miseratio senectutis. nulla infantie. aut muliebris in
firmitatis. Optulit se antigonus & immemor loci: deiecit se
ad pedes sosii. At ille quem tanta rerum conuersio admonere de
buit misericordie: insultatus iacentem antigonam uocauit. nec
tamen quasi mulieri pepercit: sed uinctum in custodiam detrusit.
Fluctuare herodes quomodo romanorum manibus eriperet patriam. quo
modo templum a gentilibus incontaminatum reseruaret. festinabant
enim romani spectare misteria interiora. prophanare sancta sanctorum.
Rex uero nunc precibus nunc minis remouere singulos. fuga deteriorem
arbitratus uictoriam: siquid sacramentorum diuulgaretur. In
stare ad predam romani. herodes resistere ne uacuam sibi
urbem relinquerent. regnumque sibi super esset desertum. Sosi
us contra capte urbis predam militibus deberi asserebat. sed rex
de proprio spopondit militi se pecuniam daturum. Atque ita reliqu
um patrie quod remanserat: pecunia redemit. Ut promissum
impleret humanissime milites suscepit rationabiliter ducem
ipsum quoque regia liberalitate sosium remuneratus est. Nemo in
gratus recessit Sosius coronam deo optulit & profectus secum
abduxit antigonum ad antonium. Quem ille quasi dege
neris animi uirum securi percussit. herodes autem plurima etiam

Sosius.

Magna cedes patratur. Jerosolimis captis.

Antigonus.

Egregia herodis caritas in Religionem & in patriam.

Herodis liberalitas.

Antigonus securi percussus.

ſuis largituſ: plurima antonio amicisq; eiuſ dono dedit. Nec tn̄ redimere ab antonio potuit securitatem ſui. Iam .ē. antoniuſ deo pt̄e amori defeneratus inſeruiebat. atq; addictus ei⁹ libidini famulabatur. Sed uincere nō poterat femineas auiditates. & maxime exercitate mulieris incedib; ꝓp̄inq̄. Quibus extinctis: poſſeſſionem eoꝝ q̄ſi ſpolium ſuis iunxeāt. Eadem auaritia ſimul & crudelitate: ſi quoſ de ſiria locupletiores fama attulerat: interficiebat. Atq; addicto iam ad ſuā libidineſ antonio: regnum q̄q; iudee atq; arabie/extinctis utriq; genti imꝑitantib;: auaritie ſue adiungi poſſe opinabatur. Sed quāuiſ libidine ebrius. ſompno grauiſ. in hac ꝑte tn̄ reſipuit antoniuſ: ut tales uiros & potentiſſimos reges ꝓ impio petulantiſſime mulieris extinguere detrectaret. Tn̄ ne immuneſ dimitteret: amicos eoꝝ ꝑtulit. poſſeſſioniſ maximam ꝑtem ademit. eamq; precipue que balſamum gigneret. Vrbeſq; omnes intra eleutherum amnē ſitas: tiro tn̄ & ſidone exceptis: cleopatre cupiditati adiudicauit. Que tali mercede uiro delinita: uſq; ad eufraten ꝓſecuta profiſciſcētem in parthos antonium: ꝑ iudeam fuerat. Vbi doniſ, muneribusq; maximiſ/conciliare ſ regine animum herodes nō ꝑtermiſit. Cui ſcd̄e res ſuꝑbiam augebant: ut muliebris inpotentia ſuꝑmodum ſeſe extolleret. Siquidem nō multo p̄ ei parthorū rex artabazeſ, tigniſ potentiſſimi regis filius/ dono eſt datuſ. Quem antoniuſ captiuū red'enſ, cū omni p̄da & ſpolijs ꝑſicis triumpho debitum q̄ uile mancipium mulieri addixit: ut quo illuſtrior fuerat uictoria: eo turpior eſſet largitio: que regem tanto ludibrio dehoneſtaret. Nec tn̄ diutiuſ potitus ſcdis: q̄ uti illis neſciebat. inſolentia

Cleopatre / l. defeminat.

Cleopatra. Nota.

Artabaſeſ tigraniſ regiſ filius. Nota.

bellū actiacū īt Augustū et An.

muliebri augustum in se excitauit. Itaq; bellum actiacū magnis utrimq; parabatur motibz. Prōtissime (.i. herodes) rex cū antonio gesturus erat bellum subire. quia & iudea ab hostili tumultu uacabat. & hircanum a sorore antigoni diu retentam receperat. Sed in hoc q; herodes beatissimus (.i. fuit). cui inuisum est periculis alienis sese miscere. Volens itaq; cleopatra alienare animū eius a regibz. atq; auertere: suadet uiro (.i. Antonio) ut bellum aduersum arabas gereret herodes. Quod si superior esset: arabia regine cederet. si inferior, dn̄atus cleopatre in iudeam extenderetur. Vter uicisset: alterum solueret. Quod consiliū

Herodes p̄lio supatur ab arabys dolo Cleopatre.

nō ex dispositione, sed ex usu in herodem inclinauit. Qui simul ut prelium adorsus: ualidior eq̄tatu: auertit hostem. In exitu multitudine hostium superatur. & numero circūuenitur. Congregatis in canatha uiribz aduersariorum, aduersum quos densare aciem volens: elatis suorum animis successu priorum: eaq; causa in hostem irrumpentibz destituitur: & maxime fraude antemonis. quē cleopatra ducem adiunxerat. nō ut iuuaret herodem: sed ut in ipa deserere necessitate. Deniq; destitutū exercitum eius in locis saxosis atq; in uijs adorsi arabes: graui cede sternūt. fundiuntq;. & fugatos usq; ad refugia secuti: exitio dedere. Affuit herodes, serius quidem q̄ necessitas postulabat. Sed tū ultus eruptionem posterioribz p̄lijs ita arabas afflixit: ut unam illam uictoriā suam sepius deplorarent. Accidit etiā motu terre grauis armentorum defectio. q̄ pecorum plurimū, hominū q; triginta fere milia consumpta sunt.

Terremotus Calamitas.

Militans tū omnis manus, eo qd̄ diuo (.i. sub diuo .i. in campis) habitabat. incolumis perseuerauit. Hinc q; erecti animi hostium (.i. arabum). ut arbitrarentur qd̄ desertam iudeam, facilius inuaderent & perculsos talibz prodigijs affligerent. Vn̄ eos herodes ad defensionem sui erigendos putauit. Et maxime quia legatos quos in arabiam miserat: neca

ORO. herodis ad suos.

scene architectus exponebatur. Qui (i. ferorras) uidens regem arche
lao mentem suam inclinauisse: atque in eum preceteris propon
derare gratiam interioris amicitie: ad ipsum se contulit. obse
crans ut animum sibi regis conciliatum redderet. Verum ille (i. archelaus) in
nexum plurimis scelerum uinculis, quibus euidenter re
gi parasse insidias conuinceret: atque appetisse adolescentem.

p adolescentulis

nullum habere aiebat ueniae locum. non deposita infitiandi uersutia:

·s· ab allex · i· illis libellis

·i· herodi

que obiecta sibi fuerant, confiteri germano suo amanti atque ab eo
poscere sibi indulgentiam non dubitauisset huiusmodi sese actionis, quibus
posset studiis non defuturum. Mutata itaque ueste, suffusus lacri
mis: specie miserabili fratris inherens uestigiis: orare ueniam. impro
bitatem fateri. omnia de quibus argueretur non abnuere: sed et cog
noscere clementiam causam sibi fuisse tante prolapsionis. quod nimius in
eo furor amore dilecte sibi mulieris exestuasset. Statuto itaque fero
ra suorum flagitiorum attersitore, pariter ac teste: tamquam pro merce
de compositi (quod in usus suos caderet) argumenti: herodem arche
laus deprecabatur, ut nature contemplatione molliret iram. filioque
ignosceret: super uindictam constituens ius nature. Nec mirum
si in maximis regnis tamquam in magnis corporibus, sepe aliqua pars fer
ueat. que non incidenda: sed mollioribus sit curanda medicamentis.
Sibi quoque multo grauiores compositas a germano insidias. sed remisisse
se necessitudini quod debebatur dolori. ut quo magis penam leuaret
ingrati: eo amplius causam grauaret. Cum hec atque huiusmodi alia
subtexeret: mitigauit quidem herodem, ut germano remitteret. sed
ipse tamquam inexorabilis genero manebat. Denique minitabatur quod
diuelleret ab eo filiam. tantisque infremebat indignationis sue mo
tibus: ut ipse herodes satis expiatum filii aduersum se facinus
arbitraretur. ultoremque suarum iniuriarum rogaret. atque ipse
pro reo suo apud socerum interueniret: quo de integro renouaret
nuptias. Perseuerabat archelaus, cum uellet herodes alii nurum
suam iungeret, preter alexandrum. cuius causa etiam uxor tra
duceretur: atque ea arte multo amplius impellebat heroden: ut
ille filium sibi redditum putaret, si coniugium eius non solueret.
Quod ille uxorem impense diligeret: ex qua etiam filios suscepisset

Glosses: ·s· cepit (over orare); ·i· fateri (beside noscere); ·i· archelaus (beside Sibi quoque); ·i· affinitati (over necessitudini); alexandro (over genero); ·i· archelaus (over minitabatur); ·i· glafiram (over filiam); ·i· purgatum (over expiatum)

Archelaus pro ferore salute apud herodem laborat.

No. pro reconciliata gratia

dulces auo·

dulces auo· gratos parentibus. Hoc munus restituti sibi filii fo
re quia non mediocri ex parte, bona uxor, uiri sui reprimeret er
rores. aut compensaret officiis inuidiam flagitiorum. Que si ab
eo diuelleretur: nullum remedium uiro futurum, quin preceps in
omne rueret nefas. Molliores esse fieri solere scelerum presumptiones: que
domesticis affectibus reuocarentur. Vix tandem archelaus inflex
us: reconciliatur ipse genero· atque eidem reconciliat patrem. Hoc con
silio eripuit generum neci. ut pro mercede acciperet eius absolutionem:
dum condempnare se simulat quam interuenire. Pro quo si intercedendum putasset: haud dubie nichil impetrauisset. Addidit oportere
eum romam pergere. purgatum ab hiis que in eo pater suspectauerat: quoniam omnia ipse scripsisset cesari. Et hec eque compositum reor. ut
hoc genere alexander cum se purgasset cesari commendaretur. atque an
tipatri parate fratribus insidie patescerent. Hoc consilio, soluta factio. & conuiuio facta in letitiam. instauratur conuiuium: initum inditium
reconciliationis. Cuius auctori archelao, septuaginta talenta, & sedile aureum gemmis insignitum: electi quoque eunuchi, regali conferuntur magnificentia. & concubina, cui pannuchis nomen erat, dono datur. atque accipitur. Similiter & propinqui, monitu regis clarissimis domus archelaum remunerabant. nec quisquam familiarium
eius exors muneris fuit. quibus omnibus herodes pro uniuscuiusque
meritis plurima impertiebat. Prosecutus est etiam cum potentibus
suis, usque ad urbem sirie splendidissimam antiochiam nomine:
in regnum suum regredientem. Euaserat alexander! nisi se immersisset in iudeam uir archelai artibus longe excitatior lacon
genere: eurides nomine. nimie cupidus opum. earumque pro negotio contemptor: ubi maiora potiundi spes refulgebat. Denique non
contemptus laconicis facultatibus: in effusiones regias animum in

Interlinear glosses: "i. intercedere" (above interuenire); "i. simulater" (above eque); "i. in" (above inditum); "i. reconciliationis" (above reconciliationis); "s. ab herode" (above sedile); "s. herodes" and "archelaum" (above Prosecutus est); "i. de lacedemonia. l. laconia." (above lacon).

Archelai prudentia reconciliatur herodes Allexandro filio.

Anthiocia Sirie.

Lege heuriclidis nefas. & fraudem.

tenderat. uenandiq; artifex: heroden opimus adorsus mune
ribus: remunerationi amplissime locum parauit. longeq; u
beriora q̃ optulerat adeptus: tñ nõ saciabatur: ñ cruentis atq;
impiis factionib; grãm s; regis emercaretur. Itaq; more q
dam usuq; grecis familiari: regem adulando: predicandisq;
omnib; eius: non solum que laudis aliena: sed etiam inuo
luta uitiis forent: in intimam eius amicitiam breui peruenit.
ut inter p̃mos secretorum arbitros eligeretur. astipulan ·i· affirmante
·i· lacedemonios
te etiam patrie p̃rogatiua. qđ spartiatas iudei cognato s;
genere copulatos: pro fr̃ibus habent. Is ubi regie domus ui
tia cognouit: suspectum animũ p̃ris/fratrumq; inter se
odia: nouis artib; carum se oĩbus simulans/q̃ fidus singl̃is
habebatur. Sed pro ingenio regis/aut munerũ merito sua
studia formabat/ut adiunctior ẽẽt archelao: alexandrũ
dolis atq; insidiis circumueniret. familiari specie utrũq;
·i· parenti · ·i· allex ·
exasperans. Illum p̃rogatiua etatis regno debitum/istum
materni generis preditũ nobilitate: iure superiorem. neq;
tñ uilissime corruptele pignore equale illi consortium. Qui
bus captus alexander/utpote adolescentior: q̃ delectaretur
his que diceret: s; nõ p̃penderet illa que rursus de se apud
archelaum cõponerentur: effudit sese mercennario archelai
& p̃ditori suo. apparuitq; mentem/lubrico ingenio affectuq;
incauto. patrem s; auctorem maloz conquerens. q̃ matrem
eripuerit. regnum decolorauerit. qđ s; ab auo/ueterisq; p̃
sapie infulis debitum/cupiat auertere. fraudari legiti
mos iure successionis. preferri spurium stupri mercede.
Sed ñ diu quietura iudicia dei. ut q̃ uxorem innocentem
necauerat: ñ etiã ip̃e p̃pere/parato per coniugem imperio/

i. euricles

defraudaret. Que sine mora lacon ad archelaum deferebat.
circumuento etiam aristobolo, ut eiusdem querimonie laqueis
coaceruata
innecteretur. & precio quo acerbata regi insinuabat dicens si-
lentio se premere nequisse tam immane fr̄is facinus. & hospi-
salutis
cij munere gratiam se lucis representare. quia ereptum ire filij pge-
rent. Quos uero ipse simulatione fidelioris consilij reuocauisset:
etiam dudum alexandri gladio interfectum patrem: regnum
que indignis heredibus uacue factum: neque alexandro religio
ni esse parricidalem atrocitatem. qui maximi sceleris loco
i. hircani mariamnes
duceret: quod et adhuc aui matrisque necem inultam haberet. Con-
uenire se, ac purgeri per emptorum querelis: ut tam atrox
flagitium ulcisceretur. deberi sibi inferias interfectorum exigi.
successionemque eorum non oportere contaminari. ut ab eo qui
maiores eorum occiderat: regnum adipisceretur. renouaturum
se iudicia cesaris, non simili ut ante reuerentia. sed ut cesar
ipse cognosceret omnia secreta regis. quesitas sanguine opes.
prouinciam labefactatam. repetiturum se ab inferis auum.
matrisque acerbissimam necem demonstraturum. ut succes-
sor alienus in regnum subrogaretur. Excitauerat regem eu-
rides. archelaus tamen parui estimans unius suggestionem:
alios quoque accusatores fratribus subornabat. qui dicerent cum
ducibus quondam equestris exercitus, iocundo & tiramno,
sermonem initum. compositas regi insidias. dolore decessio-
nis interuentibus periculum, nisi mature caueret. Denique non
i. captos. s. alex. et aristobolum
distulit herodes. ilicoque raptos, seuere interrogat. sed ni-
chil illi de quibus arguebant confessi repperiuntur. Et quia
inpune tam grauia simulabantur, apud eum qui criminum
se iudicem profiteretur: & negligentem calumpniarum:

Aristobolus fr. Alex.

Archelaus fil. herodis.

Herodes rex in custodia ponit Alex. et Aristobolum filios.

nō deerant q̄ huiuſmodi inſidias machinarentur: quas acceptio
res p̄ri fore crederent. Nam & epiſtola ꝓlata eſt, q̄ſi ad caſtelli
ꝑpoſitum ab alexandro & ariſtobolo data. ut occiſo rege confugiē
di ſibi poteſtatem faceret: donec ſe armis aduerſum inſectātes
munirent. ceteriſq; ſubſidiis defenſionem pararent. Excruciat'
caſtelli ꝑpoſitus & nihil fatetur. Nichilominus t̄n haud ullis
affectati ſceleris indiciis extantibz: q̄ſi rei alexander & ari
ſtobolus dant' cuſtodie. Eurides quīquaginta donatus talentis:
auctor ſalutis ac uite habetur. Dignum eſt nec eū ſilere qui
euridi tempore in iudeam tranſmiſerat, fidiſſimus amitorū
alexandri. quem rex q̄ſi conſciū teptamentorū illius interrogan
dum putauit, utrū nā ū congruerent que (i. euricles) ſpartiates de ado
leſcentibz intimauiſſet. Verum ille nihil ſe de illis quitq; eiuſmo
di cognouiſſe, ſacramēto interpoſito, fidem fecit. ſed adoleſcenti
bus nihil profuit. A ſe queſtionem depulit. ne minueret dela
tionis inuidiam. & euacuaret euridi fraudulentiam: ſi ſeue
rius interrogatus negaret. Quaſi indignus q̄ cui crederet'
ab herode excluditur. (ironice) Bonus enī p̄r, accuſari filios libenter
audiebat. nō ſinebat defendi. Delectabatur cum appeterent'.
offendebatur ſi purgarentur. Deniq; (i. euricles) ſpartiates ditatus re
galibz p̄miis: ū t̄n achaiam attigit: calumpniarum ꝑeniz
luit. Salome cū purgare ſeſe nequiret: q̄d ſilleo arabi pepi
giſſet nuptias: ubi generis ſecretum ꝓdidit, monentis ut con
ſuleret ſ' quo f'ris cōmotionē euaderet: eo q̄d ſpe future con
iunctionis conſilia regis arabis annūtiare ſuſpecta arceſſe
retur: delicti grām meruit. & omē ſeuitie regalis in adoleſ
centes ꝓcellam intorſit. quo ultimo atq; ineuitabili naufra
gio demerſi penas dederunt. (ligantur) Vinciunt' itaq; & q̄d ipſis erat du

rius uinculis: a se fratres separant. missisq; uolumnio militie magistro: atq; olimpo ex amicis regis uiro: arguuntur apud cesarem. At ille offensus licet, quia filiorum supplicia pater posceret: negandam tamen patri non arbitratus potestatem in liberos suos: dedit licentiam. sed consilium adiunxit. asserens melius consulturum: si proximorum regis, eorumq; qui preessent prouinciis, concilium congregaretur. & iudicio communi procederet interrogatio. utrum nam alique patri insidie parate a filiis forent. Et si conuincerentur: intentati parricidii ferirentur. Sin uero fuge. aut leuiorum arguerentur: esset uindicta moderatior. Hac permissa sibi herodes parricidii potestate: & iudicii condicione, etiam moderationis amonitus: ad urbem illico beriton propat. quam iudicio celebrando cesar prescripserat. Conueniunt presules prouinciarum: secundum scripta ad se data a principe romano cesare. Saturninus legatiq; considunt. inter quos & procurator uolumnius. deinde cognati, amiciq; regis. Salome etiam & feroras & syrie primores. Archelaus solus excipitur. rex cappadocie suspecte in generum accessit gratie: tum accusatores adolescentium insidiatoresq; iudicio representarent. Sed que iudicii species, ubi rei adesse sibi non permittebantur: & absentes accusabantur? Aduertebat enim herodes, quoniam si tantummodo uiderent: absoluerent. prona hominum condicione ad misericordiam. maxime ubi naturalis esset gratie prerogatiua. deinde si ulla copia defensionis alexandro permitteretur: quod obiecta facile dissolueret. Itaq; relegatis illis in uicum sidoniorum: qui in presentes accusatio dirigebatur. Obiciebantur a patre insidie sibi parate. Nulla probatio deferebatur. nulla inditia temptamentorum. Herebat accusator: quem nullus redarguebat. Destitutus undiq;, congregabat inuidiam contumeliarum. iniuriarum genera. que grauiora morte, ab his

Volumnius.
Olimpius.

Beritus urbs.

Saturninus.

Verba sunt auctoris.

quam considerant estimarentur. Sed nemo discutiebat. nemo ex
aminare audebat, quod a patre arguebatur. a rege imperabat.
Preiudicabat pietatis species. terrebat uis potestatis. Inter
rogat sententias, securus uictorie. nescius quod in eiusmodi iu
dicio, erumpnosior esset qui uinceret: quam illi qui tam acerbe ad

Saturnini sententia.

dicerentur [i. damnarentur]. Saturninus condempnat adolescentes: quia ali
ud non licebat. sed moderatur sententiam. cauendum asserens,
ne peremptis duobus ex tribus fratribus: tertio fratri [i. antipatro uel archelao] ascriberetur mors
duorum. Timide quidem, sed causam locutus est: quod ille esset
fratribus auctor periculi. Secuti sunt eum pauci ex pluribus.

Volumnii sententia.

Volumnius autem funesta inmurmurat. & post eum omnes

X

uiolentia regi tali auctore pensantes: mortis sententiam,
diuerso quidem affectu, sed pari sorte expromunt. Quibus
hoc aut adulatio extorserat: aut odium infuderat: ut aut re
gis affectaretur gratia: aut parricide [i. herodis] crudelitas grauiore
pena afficeretur: qui in uictoria sua tam amarum de se tri
umphum reportauisset. Nemo tamen qui factum horruit. & qui

Condemnare absentes.

commotus pronuntiauit. Scene & enim species erat, non iudicii dis
ciplina, condempnare absentes. condempnare sine teste. sine
iudice. solo nature priuilegio. quod ad salutem magisquam ad pe
riculum deriuari soleret. Stupebat omnis syria. atque omnis
iudea. & attonitis mentibus tante tragedie finis expectaba
tur. Quamuis enim nota esset herodis crudelitas: nemo tamen
credere poterat quod usque ad parricidium perseueraret. At in illo
effera uis animi, nec mari: nec terra cohibebatur. Itaque tamquam usu
triumphantium, ut per diuersa filios traheret: tyrum ur
bem inclitam petit: inde in cesaream nauigio transmittit:
spectaculum miserum parricidii circumferens donec co

lor ullus acerbissime necis filiis inueniret. Mouebatur omnis exercitus. sed metum & indignationem premebant. Erat in exercitu regio ueteris militie uir tiro nomine. filium habens coniunctum alexandro. indulgentissimus pater: atque ob ea pignori carus. quoniam paternitatis quedam pietatis est gratia & maxime in suos illex dilectionis. Circa adolescentes quoque filios regis studio propensior: quod ab his suus filius diligeretur. Qui supra modum concepta indignatione turbatus animi uociferari cepit: oppressum iustitiam. ueritatem excludi. aboleri religionem. confundi iura necessitudinum. nature gratia. superfluere iniquitates. Ad postremum in os ipsius regis progrediens ingerebat miserum illum qui aduersum filios suos credendum improbissimis arbitretur. feroran & salomen consilii arbitros legi. quibus fidem ab his referri posse qui se condempnatos capitis a rege frequentissime recognoscebant? aut quid eos aliud agere nisi consulere ut dicte: ut destitutus idoneis successoribus ad unum inclinaret ceteris infirmiorem? Qui facile subduceretur. quod ipse regnasset exercitus odio persecuturus foret eum cui mors soluta esset fratrum duorum. Neminem esse quem non innoxie etatis tangeret misericordia. Plerosque autem ducum indignationem suam non iam premere sed diuulgare. Quorum uocabula locutus: finem dicendi fecit. Quibus ilico cum tyrone correptis: trifon ex ministeriis aule regie cui tondendi ars eque suppeteret: subito quodam animi uanitate indicium sui facit compositum a tyrone asserens: sibique persuasum: ut cum ex more barbam herodi raderet nouaculam gutturi eius imprimeret: quo per ageret necem. Idque ei maximo emolumento fore. quod de muneribus alexandri polliceretur. Statuitur tyro cum filio. exercetur deinde simul questio.

Tiro

Trifon aule tonsor.

Negantibus illis. isto nichil amplius deferente: cum deesset manifesta rerum fides & nullum suppeteret argumentum: nullum indicium documentorum: tyro iubetur uehementioribus tormentis excruciari. Tunc miseratus filius supplicia patris: spondet aperturum se omnia: si patris salus sibi condonaretur. Atque a rege promissa uenia: suggerit quod impulsus ab alexandro patrem necem regi parasset. Id plerique ad tempus compositum rati: ut tali pignoris indicio tyroni consuleretur. alii pro uero editum loquebantur. Sed herodes dubia pro certis adiudicauit: tamquam metuens ne parricidii sibi facultas periret. Conuocato itaque populo & congregatis ducibus: de insidiis deprehensis motu grauissimo promit querelam. atque in mortem eorum plebem excitat. Ibique tyro cum filio pariter atque tonsore saxis ac fustibus interficiuntur.

Filii herodis extinguntur.

Alexander quoque & aristobolus missi ad urbem sebasten que non longe aberat ab urbe cesarea: strangulantur imperio patris. Hunc finem habuere filii mariannes. quorum interitu non longum letatus est antipater. successionem sibi remotis illis antipater haud dubie blandiebatur. Sed in eum totius gentis mox graue odium exarsit. quia apud omnes patebat eius factione fratres occubuisse. Successit etiam non mediocris timor considerantis quam multiplex in dies adolesceret [l. cresceret] interfectorum prosapia. cum alexander ex glafira genitos scilicet tygranen & alexandrum filios dereliquisset. Aristobolo ex beronice salomes filia herodes & agrippa. atque aristobolus superstites manerent. herodias quoque & mariamnes filie. quas sexus non impediret & regni cupido exagitaret.

Tygranes, Alexander — filii Alexandri ex glafira.

herodes, Agrippa, Aristobolus — filii Aristoboli ex beronice filia Salomes.

herodias Mariannes filie predictorum

Quibus rebus perterritus antipater: in fraude ac uersutia spem constituere tentabat: & donis ac muneribus singulos sibi magis magisque oppignorare: etiam amicos ac domesticos cesaris allicere ad sui gratiam precio temptabat. Sed cum tot illi etiam qui domi erant: in adusum cede

bant. Nam rex paulatim processu temporis erga nepotes suos a
lexandro & aristobolo genitos molliebatur. & facti penitentiam
pretendebat: cum eorum quorum parentes occiderat: misereretur.
Denique congregatis amicis & proximis suis: quadam die lacrimis · ORO · herodis ·
suffusus oratione dicit ad eos. Video me etatem perdere. & sine lacrimis
aspicere non possum, parvulos hos infelicium germina patrum (parentum).
quibus ego sum auctor doloris. ne peiore eos derelinquam condicione
quam parentes abstuli. Sed illos mihi quedam eripuit erumpna.
hos mihi magis magisque commendat natura & misericordia. Altera
quia nepotes: altera quia destituti parentibus sunt. Erraverunt in
patrem filii: quid fecerunt avo nepotes? Satis infelix pater fui. avus
esse debeo sollicitior. Temptabo post me consulere nepotibus. utinam
& in filiis mihi consuluissem. Verum in illis communis hostis, atque i
mica obrepserit fraudulentia. cavendum est ne hos quoque illorum
involvant pericula. atque uno vulnere simul filios amiserim:
nepotes pertulerim. Provideamus his defensores, quibus ademimus.
Desponsabo itaque seniori ex filiis alexandri, tuam mi ferora filiam.
& te ei constituam patrem. Tuo autem antipater filio, aristoboli filiam. herodes disponit conubia nepotum et neptum
ut hoc mihi fias pupille pater. Germanam quoque eius accipiet herodes
meus ex mariamne hircani susceptus filius. hec inquit filia est
mea sententia: ut invicem sibi coeunte copula, iugant posteritatis
mee successiones. quod nemo suspectus alteri sit. & ipse tranquil
lioribus oculis videam nepotes meos: quam vidi eorum parentes. Qui
bus dictis iunxit memoratorum dexteras. & osculatus singulos
illacrimavit. Quod antipater (letantibus aliis) ita graviter accepit:
ut statim dolorem suum etiam vultu proderet. haud medio
cri constrictus sollicitudine: quod allexandri filiis archelai regis,
& ferore quoque tetrarchiam tenebat: suffragia suppetere cerneret, te

teriſ ualidiora. Aduertebat odia ſui creſcere. nepotibꝫ autem
[ł inueniri] aſtipulari miſericordiam. Nec poterat ariſtoboli filiam re
cipe domo: ne ſceleris inditium diuturnis eius conſpectibus
offenderet. Adire nō audebat patrem: ne ad omīs mobilem ſuſ
pitionis exagitaret: ſi cōplacitatarum federa nuptiaꝝ ſoluen
da exiſtimaret. Supplicit tm̄ pſumpſit orare: ut conſuleret
ei pater. ne adūſus duoꝝ potentū opes [ł archelay] regis & tetrarche [ł ferore] mu
do regni nōie inualidus exponeretur. foueret certe honorem
quem conferendum filio iudicaret. ne ſpecies regni ad eū:
uirtus ad illos puenirel. Neq; uō ſolos alexandri atq; ariſtoboli
filios ſuſpectos habebat. ſed omneſ obſtare ſibi arbitrabatur:
ꝗcūq; ex diuerſis herodis cōiugibꝫ cōpetere [ł etiam] ł tacite uidebant
regni ſucceſſionem: quoꝝ frequens numerus erat. Nouem
& ē mulieres regali coniugio potiebantur. Ex his due tantū
ſine liberis erant. ceteriſ ſoboles ſuppetebant. Antipater doſi
den attollebat parentem. herodes [iſta fuit filia pontificis] mariamnē. antipaſ & ar
chelaus mathateſ erant filij ſamaritane. & filia olympias: q
ioſepho iure conubij ſociabatur. Cleopatra quoq; ieroſolimi
tana heroden & philippum: genuerat herodi. pallas: faſe
lum. Erant qꝫ etiam alie regi filie, roxaneſ & ſalomes. qrū
uni fedra erat mat. elpis alteri. Superant etiā alexandri
& ariſtoboli germane ſororeſ: qs mariamneſ ex herode ſuſce
perat. ſicut ſup memorauimꝰ. Multiplicem itaq; generatio
nem herodis metuenſ antipater, egre licet atq; in primis
X tempmentiſ militum rege cōmoto: qd deſtitutis paterno
auxilio nepotibuſ inuideret diſpoſitas copulaꝝ ſocietates.
Ad poſtremū tm̄ effecit, ut ſibi ariſtoboli filia, atq; ex ipſo genito
ferore parentiſ ſui filie cōiūgeretur. tantum adulatione pre

herodeſ. ix. hūit vxoreſ. q̄rum q̄
due fuerūt ſteriles.
Ex doſide ſuſcepit Antipatrū
Ex Marianne Allexandrū
& Ariſtobolū.
Ex Martha ſamaritide.
Antypā & Archelaū. &
olimpiam filiā
Ex cleopatra hieroſolomita
herodē & phypū
Ex pallanta faſelū.
Ex ~~Roſſane~~ fedra Roſſanē.
Ex elpi, Salomē filias.
Ex. Marianne filia pōti
ficiſ. herodem

ualuit: ut pactas nuptias solueret. Contra aut salome cu
uellet sylleo [Regi arabiae] nubere: ne suffragio qdem liuie q uxor erat cesa
ris potuit de fre [l. ab herode] impetrare. sed iuncta alexandro cuidam
ex amicis regis in nuptias couenit. Subuersis itaq; disposi
tionib; regis: antipater qui is q ut uoluerat s consuluisset: ex
ultabit aio. & supabat omis uersutia. Odium tn nullomodo
copmere poterat. sed attendebat. qm terrore affectabat s
munimentum parare. Coniunxerat aut s cooperariu fac
tionu suaz ferotan patris germanu. quem herodes n mlto
pmo rcusantem ab uxore ppria diuellit. cui ob iniurias qs
ea mulier closidi coiugi ei intulerat infestior habebatur:
domo expulit. ferotas aut amplexatus iniuriam, in partes
suas cocessit: quib; ut tetrarcha presidebat. ea sane metis in
tetione: ut ad heroden uiuentem nuq reuerteretur. Dem
q tuc quidem cu eum egritudine graui affectum copis
set: & frequenter orantem ut ad sese ueniret: qd ei quedaz
qsi moriturus comittenda arbitraretur: uisitandum existi
mauerit. Qua pcussus licet iniuria rex, tu preter spem mo
modum depulit [l. ferotam.] [l. post q]: tn fratno affectu uenit ad eum. Vbi e
grum copit. & sedulo copatiebat. & defunctum ierosoli
mam transtulit. & magno fletu, celebriq; pompa, funus cu
rauit. Nec tn his indicijs sedule caritatis, conceptam exclusit
opinionem: qd eu frater ueneno appetisset. potuerit. Ita erat
etia in suos crudelis. nec difficilis fides rerum: qd potuerit [l. ferotas]
fratrem occidere: q filios interemisset. Hunc itaq; unus
de interfectoribus alexandri & aristoboli, impbitatis sue
fine inuenit. a quo exordium sumes in antepatru pena tsi
uit sceleris auctorem. Namq; libertorum querelis q patro-

Liuia Octauiani Uxor.

feroras.

Unde herodes suspit de idigna nece filior.

nū ſuum ueneno interfectum aſſererent: ſtimulatus hero
des: dum ſollicitus q̄rit. cognito q̄a ab uxore de ſuciſ arabie ac
cepiſſet ferozas poculum/ qđ amatoriū putaretur: idq; uene
num fuiſſe: qđ ſyllei ſtudio ēditum/ & ilico in peſtem conuͦ
·i· torturas·
ſum in plurimoꝝ queſtionem tetendit. Vnde quedā int̄ tormē
·i· deſidem
ta de ancillulis exclamauit: ut d̄s omp̄s in matrem antipat̄
omnia ſupplitia tr̄ſferret/ uniuerſoꝝ arbitram flagitiorum.
ꝑ ipſam occultos cōuentuſ antipatri ac feroꝛe/ die noctuq; exer
citaſ potationeſ/ uſq; ad temulentiam: ut a conuiuio regiſ re
cipien tib; ſeſe totis noctibus lib̄arētur. Qđ nō otioſum/ nec cō
iurationis uacuū tēptamentoꝝ: r̄motis preſertim ſeruulis
& miniſtris: iure ſuſpectabatur. Magnūq; uinculum conexio
niſ/ & conſpirationis indicium/ tā diuturne moꝛe: que r̄gib;
·ſ· eſt
ſuſpectioꝛ in ſolitudinis ſecreto & noctis ſilentio. Ibi conpoſi
tum/ ut antipater romam peteret. ferozas in pereā ꝑgeret:
Qđ frequēter inter ſe conferre ſoliti prodebantur. eo quod
post · ·i· ant· et ferore
p̄ alexandrum & ariſtobolum/ in ipoꝝ necē ſeſe herodes con
uerſurus foret. Miſeros ſequi putaſſent: qđ herodes in ill
parricidales cogitationeſ odiſſet/ qui regni heredes ꝑſeque
batur. Sublatos eſſe nō poteſtatum emulos: ſed conſortes
·i· non
miſeriarū. in ſe ꝑiculum omē & odia tr̄ſiſſe. Ne mulie
rum q̄dem ꝑciturum ſexui: qui dilecte ſ. marianne: atq;
ex ea genitis/ non pepꝑciſſet. Nullum ſ. aliud remedium: n̄ ut longi
us aliquo ſecederent: quo tante beſtie furori uel fuga eximerentur.
Adiciebantur crebre apud matrē antipatri conqueſtioneſ: deplo
rantis ardere ſe inuidia regalis ſucceſſionis. cum ſeuitia regin ſup
ipm̄ precipue incubuerit. ut iam ſuſtinere nō queat ultimis
deditum obſequiis. & poſtremis urgeri periculis. Nec ſolū r̄gnādi

uis s. perisse: sed uiuendi quoque curricula euoluta tempum etatem
s. maturiorem incanuisse iam uertitem. Contra autem iuuenescere patrem. frustra sperari eius hereditatem: que fortasse etiam
superstes heredi tam diu reseruaretur. Quod autem s. emolumentum
successionis futurum longeuo heredi. cui tam multiplex alexandri
atque aristoboli soboles: uelut quedam hydra renatis, que amputata fuerant capitibus regerminaret. Ex testamento prius etiam
ius commune ereptum. ut data spetie regnandi, tantum ad tempus
usitarius foret. non aliquem ex suis filiis in suum imperium
substitueret. sed herodi mariamnis filio necesse haberet regnum
refundere. Itaque non ad fructum s. regni spem datam. sed ad
periculum. ut esset decessori suspectus: successori grauis. Postremo ipsum regem longa senectute inuidum & intentum cedibus suorum: sui esse testamenti executorem. ut nemo superesset qui posset
succedere: ferri odio graui in filios. nec in fratrem minore. qui s. dederit centum talenta, ne cum patruo suo sermonem haberet. &
respondente ferora, in quo est eum lesimus? num certe ipse successor sum?
retulisse antipatrum in nullas habere eum causas offensionis. Utinam amissis omnibus liceret se ipsum componere. feram esse bestiam;
que ne mortibus quidem satiaretur. nec posset perpeti ullam inter
propinquos caritatem manere. Atque utinam amissis omnibus liceret
ut nudi eum tantummodo uiuentes euaderemus. Sed impossibile. Ideo
que s. occulta ad tempus colloquia necessaria fore. tempus quo uterentur uirili mentis uigore & consilii inuatitate dextere que uindictis ministerio. Hec amancipiis in supplitio positis respondebant.
Et credebat herodes. maxime quia de centum talentis, soli antipatro dixerat. nec ullus sermonis eius affuerat interpres. Succensus itaque indignatione: rapit ad supplitium plerosque & innoxios.

ne quis de obnoxiis relinqueretur. Accersitur ad supplicia antipatri samaritanus: eo quod esset antipatri procurator. & diuersis excruciatur modis. Prodit [i. manifestat] questio missum ex egypto uenenum per antifili quendam contubernalem. idque ab illo datum theudioni auunculo antipatri. per ipsum [antipatrum] ferore redditum: cui regis filius antipater executionem commiserat: ut dum ipse in urbe roma degeret: pater eius herodes extingueretur. quo tempore nulla de absente patrate necis suspitio foret. Sed ferora cum in tempore uenenum acceptum uxori proprie commendauisset: recurrit altera in uxorem ferore ueneni inuidia. Iubet ilico rex ferore uxorem uenire. uenenum deferre. Egreditur mulier quasi perlatura quod petebatur. & se se de fastigio precipitat edificiorum: quo gemini pondus criminis euitaret. atque obitu preueniret inditium rei. & questionis acerbitatem. Sed quia maturabatur antipatro feralis ultio parricidii: non supra uerticem capitis ruit: quo casu facile extingueretur. sed in aliam partem corporis decidit. ut mors protelaretur. Consopita erat tamen atque attonita mulier: quia ex alto deciderat loco. Iubet eam paulisper recreari herodes: donec ad se rediret: spondet ueniam: si simpliciter aperiret gestorum ordinem. Non de nihilo esse quod sese precipitauerit sed magni criminis conscientiam compendium supplicii quesisse. [i. spondet] impunita sibi omnia flagitia confitenti fore. aut inficianti acerbanda supplicia. ipsamque sepulturam negandam. At illa ubi resipuisset paululum: & cui inquit adhuc ego secretorum seruabo silentia ferora mortuo? Illi enim dubium debui fidem tacendi [i. ferorae]. pro quo supplicia non recusarem si necessaria forent. Sed ille nunc [scilicet est qui mortuus erat] liber a cruciatibus. & si uenia bilis erroris correctio est libera culpe. Quid igitur

[Margin: Proditio Antipatri in herodem patrem.]

[Margin: Ferore uxor dat se precipitem.]

inuoluere ueritatem mendaciis cogitem: ut antipatro morem
geram. Parcam quod illi: non parcam mihi. Egregiam est mercedem
debemus uiro. qui nos omnes sceleribus suis in hec supplicia deduxit.
Audi rex deo presule qui solus mihi ueritatis arbiter est. Posui
Verba coniugis ferore ad herodem.
est nihil fallere. Audi mihi. sed prius repete quemadmodum
assederis lacrimans germano [i. ferore] periclitanti. ut impleueris [s. repete] omnia
circa feroram munia [i. officia] pie germanitatis. Quibus ille [i. feroras] inflexus
ubi decessisti [i. postquam abcessisti] continuo me ad sese uocauit et ait. Non exigu [i. parum]
um ego mulier [o uxor] a fratris affectu et studio degeneraui qui oderam
sit amantem [i. herodem] mei. et uolebam occidere tam impatientem
mei doloris. In piaculis meis ferre ille non potest fortuitum.
quod ego urgebam indebitum. circumuentus sum fateor
antipatri dolis. sed contagionis eius ego precium feram.
Tu quod habes uenenum ab eo relictum mihi cito perfer. et sub
meis oculis effunde. ut uel [etiam] ad inferos non feram animum
parricidalem. Penituisse correctionis sit: quod criminosum
est preparauisse. Cito mihi mulier. ut uel mortem preueni
am: quam culpam nequiui. Tum ego detuli uenenum et in con
spectu eius exinaniui. parum tamen ex eo reseruaui mihi que
te metuerem. ut esset remedium si perderetur paratum ad
hos usus uenenum. His dictis pixidem cum eo quod resederat
ueneni protulit. Subicitur questioni mater antifili et frater
ipsius. confitentur ex egipto antifilum detulisse pixidem
plenam ueneni: quod accepisset ille a fratre qui alexandrie com
moraretur sub medicine professione. Deprehendit etiam mari
ista fuit filia pontificis et mater herodis iunioris.
amnes insidiarum conscia que preparantur marito: ideoque fili
bus eius inter supplicia confitentibus manifestatur. Unde herodes
iunior materne audacie precium luit. quem in regni successio

nem antipatro substitutum: idem q̄ subrogauerat pr̄, de testa
mēto delendum putauit. Et hic quidem non mediocris error he
rodis senioris ut alterius flagitio dep̄henso: alter multaretur.
Sed etiam herodis iunioris non iniusta multatio. Nam dum ni
mius p̄cautum uidetur: ut licet nō dum fr̄i sui merito: tn̄ ob
pretium future impbitatis regno abdicaretur. Nam quis eū
regē perpeti potuisset: qui tetrarcha tam insolens fuit, ut tolerari ne
quiretur. Additur etiam aliud ueneficij genus, qđ batillus anti
patri libertus, feroze & eius uxori detulit: compositum ex sucis ser
pentium & ueneno aspidum ut si primum nō conualuisset ad
mortem herodis: secundo uterentur. Repperiuntur etiā littere
adūsus archelaum & philippum fr̄es conposite. Hi regis e
rant filij: qui rome instituebantur. quos antipater ea uel maxi
me causa appetebat: qđ uidebat nō mediocri preditos sapi
entia. sup̄ quos rex patrium animū reclinabat. Denique euo
cauerat eos litteris. ut maturius domum regrederentur. Ob
stare itaque eos suis utilitatibus antipater arbitrabatur. atque i
cumbere suis artibus. ut spe adolescentū simulata: omnia
factionis sue studia obumbrarentur. Conponit itaque epistolas
nomine uirorum potentiū, quos rome positos in suam amicitiā
illexerat. Alijs quoque pretio extortum, ut scriberent, qđ adolescē
tes infestis patrē odijs urgerent. & nimio questu mortem a
lexandri & aristobuli deplorarent. Et cum huiōi epistolas clā
destinis artibus, per aulicos sceleris sui ministros, patri inge
reret: eadem uersutia q̄ sup̄ simulabat, fratrum intercessore
ut pretento pietatis patrocinio: impietatis subtexeret parri
cidium. Quibus omnibus in medium deductis: cū questio
nibus, patris uita: epistolis, mors fratrum appetita, euiden

Alia fraus Antypatri cōposita ī Archelaum & philippū fr̄es.

tissime pandēt

·i· Antipatro
tissime panderetur: consilium definit: de auctore supplicium
sumendum q̄ posteriore prodidisset calumpnia: quod germa
nos suos nō qui parricidas / sed qui legitime successionis emulos
persequeretur. non quo patrem defenderet: sed ne consortem re-
gni haberet. Interea cū septem mensium curricula, int̄ documē
ta flagitiorum, & reditū antipat̄ concluderentur: nulla innotue
re antipatro indicia rerū gestarum. tanta circa eū uniuersorum
odia feruebant. Incertus igitur omniū, scribit ex urbe roma cō
·i· reuerti·
tinuo se affore. sūmoq; se honore dimissum a cesare. Quibus
litteris lectis, rescribit herodes, maturato eum contendere opor
·s· gratie
tere. securum affectus paterni. cui n̄ solū nihil imminutū
antipatri
per absentiam foret: uerum etiam tantū accederet gratie: ut ei9 con
tuitu, matris offensa minueret. Nam iterum domo eam deprehen
·s· malas
sam in artes filii, conscientie consortio exutam, regie liberalitatis
·i· expulerat ·s· matri
compendiis eliminauerat. cui se remissurum indignationem scrip
·s· herodes
torum spē manifestaret. metuens ne cōpta matris expulsione /
suspiciones suas antipat̄ ad cauendum exsuscitaret. Adueniens
itaq; tarenti primum de ferore obitu cognouit. ibiq; luctum mag
·s· putabatur
nū exercuit. Quod a quibusdam pietatis affectui datum. eo quod patrui
·i· anti· ·i· ferorам patruū
morte impatienter doleret. ille aūt ministrum ausi parricidalis
sibi sublatum ingemiscebat. Nec solum nō processisse sceleris ap
paratum: uerum etiam uenenum sededisse terrori erat: ne quo
quomodo ad cognitionē regis perueniret. & ille scenam criminis publi
caret. Transmittit itaq; in portum cesaree, haud quaquā uacuus
grauioris cure, ac sollicitudinis: cum electa mater, nō mediocre
preiudiciū condempnate sobolis daret. Sed urgentibz amicis /
q̄ proprie cupiditati probabenda omnia que antipatro conducerent
arbitrarentur: deinde expectato eius ingenio: quo uel aduersum

patrem ad sui gratiam facile consiliis suis flectere solitus erat. hortan-
tibus ut sese primum & predestinato sibi regno ocius representaret: quod
nemo audiret eo presente contranniti. sed occasio absentie eius sola ar-
riserit, ut averti posse ab eo regis animus estimaretur. & ideo pre-
veniendum mature. ne demorando, magis aut desiderantem
offenderet. aut suspectum exacerbaret. cum diffidentiam sui pro-
·s· antipater ·s· amicis·
deret. Credidit itaque violentia magis quam necessaria suaden
tibus. Verum ubi portum ingressus est. neque quemquam sibi obvium cir
cumspectavit: & quasi pestem aliquam sensit suam presentiam decli
·s· videret
nari: in summa locorum frequentia maximam solitudinem: cum oc
currere nemo audiret: metuentibus aliis: aliis aversantibus: Et
vel etiam
est id temporis, & odia que minus se tegerent auctoritatem acceperant:
·s· antipater
reputare secum scelera sua cepit. & conscientie stimulis exagi
·s· esse sibi
tari. Nullum fuge locum, neque evadendi subsidium sibi relictum:
circumvenientum se velut quibusdam retibus & captum teneri: fidu
vel audacia ficta
ciam omnem assumpsit ex inpudentia. ut dissimulatis omnibus,
inpulsum se patri offerret. In amplexum rueret. pietatis of
pater ·s· antipatrum
ficia pretenderet. Verum ille, extensis manibus ingerentem sese
repellens: & reclinans caput, ne parricide osculo contingeretur:
exclamavit, & hoc esse amentie parricidalis: ut amplexum pe-
tas. qui invisum te recognoscis: ut horrore tui afficias patrem.
& contactu noxii corporis, vivendi suavitatem extorqueas. Ne
vel contaminaveris
igitur contigeris. ne attaminaveris, quem scelere petisti. Purga cri-
men prius si potes. deprehensa dilue. Iudicium non refugiam. nec
audientiam tibi negari patiar. nec ipse enim assumam cognitionem.
vel non
ne argumentandi tibi occasionem relinquam. Oportune adest
varrus: apud quem defensionem tuam prepara. nec differendi
·s· est
locus. Crastina die quis dolis & fraudibus preditus. habes

Verba herodis improbantis Antipatrum.

purgandi tui copiam. At ille obstupefactus tante commotionis
pauore: nichil est ausus referre, nec potuit. sed egressus foras,
fluctuabat animo: quod nichil omnino ex his que gesta erant, et prodi
ta apud regem, comperiret. Aduenientes autem ad eum postea ma
ter et uxor, aperuerunt omnia. Quibus cognitis: colligere sese,
ac preparare animo cepit: quibus modis criminatori occurreret.
confessiones extenuaret. Sequenti die congregantur omnes re *Causa Antipatri agitur.*
gis propinqui et amici antipatri. intersunt examini uincti qui
diuersa de antipatro prodiderant inducti preceperunt. Leguntur
etiam epistole matris antipatri: in quibus illa ad filium scripse
rat. ut cognosceret proditam patri suorum scenam flagitiorum. ne
umquam eum debere adesse: nisi a cesare aliquas manus arcesse
retur: cuius se presidio circumuallaret. neque iudicio se committe
ret: qui tantorum confessionibus appetebatur. sed armis muniret.
His ad superiora additis: ingressus antipater, et sese ad uesti
gia deiciens patris: obsecrat ne se predampnatum haberet.
confidere sese si deferatur audientia: uacuum criminis fore, si
pater uellet. Iubet pater silere. atque ad eum istiusmodi sermone *ORO.*
peruenit. Quod nulli iusto ueniabilis antipatri nequitia possit *Verba herodis. accusatis Anti.*
uideri, satis certus sum. sed eo magis grauari me apud te
uarie arbitror. Vereor enim ne etiam me oderis: quod parricidas
generaui filios: quibus non posset etiam pater parcere. Licet
hoc quoque miserandus magis sim: quod etiam tales amaui. Sed
de illis taceo quos ipse exasperaui. et iustas aduersus hunc, alle
gationes eorum respui. Nullas enim hi aduersum me habuerunt
causas doloris: nisi quod his antipater preferebatur. et consor
tii regalis prerogatiuam acceperat: qui natus in regno non erat.
Putabam tamen quod maiore natu, minoribus ad tutelam assisteret.

Sed hostem induxi: qui inuideret nobilioribus. excitaret puerulos infirmos. circumueniret incautos. perderet lapsos. non nego. Sed eos excusari potius quam urgeri oportuit. Antipater mihi etiam et illos abstulit. hic mihi et illos fieri insidiatores conpulit. Doluí est fateor: quod hi quibus regni spem dederam: quibus successionem reseruaueram: ad usum me impia machinarentur. sed in me: non patrem: sed antipatrum oderant. Perierunt itaque ad dolorem patri. antipatro ad fructum. Queris uarre quis eos occiderit? Cognoscite cui mors eorum profecerit. Vacuata est domus. nouerce filio patuit aula, immo ad succedendum: que multos successores habebat. Nec expletus est morte fratrum cruentus animus. et mens impia. Postquam non habuit fratres quos odisset: patrem persequebatur. Reputo meum, quod huic munimentum hereditatis paraui. Visus sum et ipse diu uiuere: decessorem fastidienti. Docui quod uellet. cui successionis competitores ademeram. Morantem non passus est. nec expectauit regnum, nisi ut parricidio adipisceretur. Reddidit mihi uicem. quia proiectum collegeram. et pretuleram nobilioribus. Cui est tantum ex illis quantum

Exprobat beneficia in Antipatrum collata.

huic contuli? cui ipse uiuens, potestatem cesseram: testamento aperto heredem designaueram: quod solet esse pretiosum regibus: ut aliquem sibi successurum nouerint. Quinquaginta in fine tibi talenta concessi. trecenta romam proficiscenti dedi. Commendaui cesari, qui solum filium mihi reseruaui quod deberem parricidam timere. Sed hoc eum magis ad parricidium armauit: quod se meis beneficiis superiorem uideret. Quid tantum sceleris commiserunt fratres eius: quos ad mortem coegit? Aut que istiusmodi aduersum illos indicia detecta: qualia istius deprehenduntur? Sed interrumpere atque obstrepere audet parricida et dolis temptat ueritatem inuoluere. Caueas uarre admoneo. caueas simulatas eius lacrimas, et gemitus

arte compoſitos: nec ullo expreſſos dolore. hic eſt q̄ m̄ pietatis affec
tum abſtulit. cū afficto metu/cauendum admoneret alexandrū.
cū illo mētes plurimorum cōuenire aſſerens. nō temere cōmittendā
uniuſis p̄ſentiam meā. Simulabat ſe circumſpectare omnia. uſq;
ad lectum deducere. diſcutere. atq; examinare ſingulos. Hic erat
ſompni diſpenſator & miniſter ſecuritatiſ: in quo ego ſolatium con
[uꝫ fictis]
ſtituebam. atq; ei᷒ officiis/leuabam de interfectis dolorem. Arbitrabar
qd̄ & illos m̄ redderet. merorem auferret. pietatem optenderet. Hic
erat protector meus: cui credebam corporis ſenilis cuſtodiam. Quo
modo uiuam neſcio. quomō tantum inſidiatorem euaſerim: qui
bus me circūuenerat delinimentiſ. quib; fraudib; uinctum te
nebat. ut ſoli huic me crederem: quē ſolum cauere oportuit. Incre
dibile m̄ eſt qd̄ euaſi. nec uiuere m̄ uideor. ſed ſopnium puto.
Quis ē crederet aut illum tam ingratum futurum/cui in me poteſ
tatem omnem cōmiſeram? aut me poſſe euadere ſi antipater
nollet? Tutiorem tn̄ grā me factum putabam. Sed quem eos in
felicitas me/aut aduerſum me eos fecit inſurgere: quos plus dilexe
rim? Deploro erūpnam domuſ mee uarie. defleo ſolitudinem.
ingemiſco uim tanti doloris. Sed tn̄ tanta eſt acerbitas ſceleris
parricidalis/ut neminem m̄ patiar euadere/q̄cumq; ſitierit ſangui
nem meū. etiā ſi in omnes filios meos affectati parricidii indicia
p̄maneant. Cum hec diceret: indignatione pariter ac dolore/inter
[ł obmutuit herodes]
cepta uox eſt loquentiſ. Continuo antipr̄ eleuanſ capt (uelut ict᷒
ē & ſauciuſ graui uulnere iacebat an̄ pedes p̄riſ/nec aſſurgere
audebat) exclamans ait. Tu quidem pater ut iratuſ accuſas. Sed
m̄ nulla eſt maior defenſio q̄ teſtimoniū accuſationis tue: q̄a
ſemp̄ cuſtos fui tue ſalutis. Defenſionem g̊ p me uoto accuſan
tis adhibuiſti. Quomodo enim parricida ego: quem ipſe tuum p̄

Reſpondet Antipr
ad patriſ accuſatioem.

tectorem fateris? Aut quomodo circūſpectus atq; aſtutus, quē
cōmentatorem arguiſ parricidij? cum extreme inſipientie
ſit cogitaſſe, qđ & apud homines execrabile ſit & apud deum
multum eſſe nō poſſit. Vel fratum [i. etiam] exemplo [qđ extinti ſt.] doceri potui, nullū
tanti ſcelis effugium fore [ꝑ qđ] qđ ſcelus iſtiuſmodi, nec latebram
inueniat, nec penam euadat. quandoquidem & illi pro tanta
uite maliuolentia penas dederunt. At illos (ut dicis) inuidia q̄
dam impulerit ad parricidium: qđ me ſibi preferri uidebant: q̄
bus materni generis nobilitas animos dabat. ut regnum q̄ſi ex
materna ſucceſſione ſibi debitum uendicarent. & q̄i a te ceptū
repoſcerent. Quid [i. auſus eſſem] tale ego, qui neſciui regnum niſi de te ſperare?
tuū iudicium querere? tibi ſoli placere? Quid aūt erat qđ me
aduſū tuam ſalutem audere aliquid impelleret? An regni cu
pido? Sed regnabam. An odij ſuſpitio? Sed diligebar. An iniu
rie dolor? Sed diligebar. An iniurie dolor. Sed preferebar.
Si illos ſola formido prelationiſ mee armauit ad parricidum:
ego abſoluar. quia neſciunt prelati parricidium cogitare. ſed
odiſſe. Niſi forte aliquis ex te metus cōpulit. Verum ego (ut
in tua uox teſtis eſt) michil ſciebam niſi pro te timere. Quid ē
in timerem: q̄ miniſter eram tue ſecuritatis. & diſpenſator
quietis? An uero inopia pecunie & egeſtas coegit? que ſolet indigē
tib; ſuadere latrocinium? Sed dederas qđ nō ſolum impleret,
ſed letitiam in omē tempus abundaret. & diuitem romā
miſeras, ut regnum reges pronuntiarent, imperij apud ſepn̄
tipatum eſſe, non diuitiaꝝ. Denique ſabatum illum romane
rei moderatorem, & intimū ceſaris, [uel] cepi. & ahilleam in
genti ambitum pecunia ut te impugnaret, ita commutaui:
ut fieret tuus defenſor. & ſollicitatoris ſui proditor. Quē

pater aliſi in insidiatores tue ſalutis detecti ſunt. Quomodo
ergo parricida ego qui custodem tui corporis corinthium latentem
deprehendi insidiantem. romam ad confeſſiones negantem
deduxi. Potui parricidium non cogitare: et parricidii fruc
tum habere ſi tacuiſſem. Sed in ſi beſtiarum immanitas: ſi
atrocium ferarum in eſſet furor: non tantis beneficiis tuis man
ſueſcere potui: ut nullam opem non in tue ſalutis ſubſidio con
ſtituerem: ut pro omnibus uel ut ſolam caritatem referrem:
te meo corpore protegerem. te intimis (ſi fieri poſſet) uiſce
ribus includerem. Pretuleras nobilioribus filiis, ·i· me materna
ſtirpe minus nobilem matrem quoque regni exulem, in regnum
uocaueras. nec iam ſucceſſorem me imperii: ſed quaſi conſor
tem habebas. O miſer ego, cui tantum liberalitatibus tuis
ſe bonorum effuderat: ut inuidia ſuccederet. O ſtultiſſimus
ego, qui te patrem reliqui. Sic datus eſt inuidie locus et poteſ
tas insidiantibus. Namque dum ego pro tua ſalute diu demo
ror: meam perdidi. Et tu mihi habeam, quod non aſcebam. Tu me
pater abire iuſſiſti. uel ego peregrinabar pater: ne tuam ſenectutem
fallens circumueniret. ne te uiuentem regno exueret. ne apud
ceſarem tuam ſalutem appeteret. Teſtis eſt in roma pieta ·i· paterne caritatis.
tis. ceſar quoque preſul orbis terrarum: et cenſor uniuerſorum.
atque arbiter mei pectoris. qui me amantem patris appel
lare ſolitus erat. Teſtificare ceſar quid ego de patre apud te
loquebar: apud quem ſolum nocere potuiſſem. Teſtificare
tamen quod de aliis pronuntiaueras. nec diſſimulandum par
ricidium ſed inquirendum putaſti. O ſi inaſpiraret preſentia
tua. Sed abſens es et longe poſitus. et ego ſine te a patre
admiſſior. Ad es tamen et in litteris tuis preſens es. tua ſcripta

offero: que ſolent parricide timere. tuã epiſtolam porto: q̃ ſo-
lent ꝑmere q̃ cupiunt parricidium nõ latere. Suſcipe pr̃ lit-
teras ceſaris. Ipſe te inſtruat, q̃ dudum uindicauit. Suſcipe
ceſaris ſcripta: argumentis omnibꝫ ualidiora. Quibus uſus es
dudum ad ultionem: utere nũc ad ſalutem. Hos ergo apices
defero innocentie mee teſtes. illa dextera te numq̃ fefellit. illa
dextera ceſaris diadema tˢ impoſuit. nõ ademit. Illa mens ce-
ſaris: regnum tˢ qđ abieceras repreſentauit. Potuit me ceſar
ꝑus odiſſe: ſi fratrum ſimilem deprehendiſſet. Sed cognouit:
et ꝑnũciauit pietatis interpretem. qui niſi rome fuiſſem, ſil-
lens uiceraᵗ. Illi ego hodie adiudicor. illi penas miſer pendo.
Memento pr̃ q̃a nõ uoluntarius nauigaui. Videbam m̃ iam
parari foueas inſidiarum. malui tñ pr̃ me potius, q̃ te pericli-
tari. Nec tñ exhorreſco ſalutis periculum. ſed apud te pr̃ doleo
me q̃i tuum hoſtem periclitari. Feliciter tñ, ſi apud te & ceſa-
ris teſtimonia periclitantur. His ego utor iudiciis mee de-
fenſionis. ceſarem ego nõ appello q̃i audiendus: ſed imploro
q̃i abſoluendus. Quod ſi iudiciũ exercendum eſtimas: ecce n
me pr̃. Ad te ueni ꝑmo ceſarem. ad te feſtinaui a ceſare. V
Vtinam quidem nuſq̃ a te abiſſem. Sed tu me pr̃ neſciens, pe-
riculis obieciſti: iubens ꝑgere. Preſto ſum pr̃: nec ꝑſunt to ri
rie de uilioribꝫ teſtibus requirendam ꝑ ſalute tua ueritatẽ eſ-
eſtimo. Non preiudicent q̃ poſſunt timere tormẽta: nĩ q̃ poſſit
cõtempnere. Omnis homo mendax. dix̃ ſcriptura. Ego defero
incorruptibilia elementorum teſtimonia. Venio ad te: ꝑ maria
& terras nuſquam aliquid paſſus. Parricida debui nõ eua-
dere ſi reus eſſem. Abſoluat me pr̃ apđ te, celum qđ nõ fulmi-
nauit. mare qđ nõ demerſit. terra que non abſorbuit. Per hec

ad te tutus ad te uenio pr̄. que non ſolent euadere/etiam
qui non ſunt patrum genitalium parricide. Dathan & Datha͞ & Abiron.
abiron/hiatus uorauit terre. nec tn̄ genitalem appetierant
prēm. Abſalon fugientem arboris ſue ramis terra ſuſpē Abſalon.
dit. ne ad patrem peruenirret. ad quem ſi puenisſet euaſe
rat. Ego ad te ueni: & adhuc periclitor. Dauid parricidaȝ Dauid.
ſuum quia fugere nō potuit/uindicauit. Ego de inimicis &
calūpniatoribȝ uindicari n̄ expeto: ut eos ad tormenta euo
cem. Luceantur illi penam calūpnie. Vnū rogo pr̄/ne alienꝭ
credas tormētis. de me ipſo aduſum me require. Suſpende
reū tuū. in uiſcera mea pgat interrogatio ueritatis. In corpꝰ
meū atq; interiora penetralia/deſcendant iudiciale queſtio
num. pfluat ſanguis q̄ ſolet parricidium clamare. ferantur
ignes in artus noxios. Quid dubitas pr̄? Si parcis: innocenteȝ
pnūcias. Si cruciari tempas: abſoluis crimine. Non eſt par
ricida q̄ ſimplici morte dignus putatur. Aut ſi ut filio parcis:
& ex te genitis membris cōpateris: n̄ ſꝰ membra tua que ſunt
miniſteria crudelitatis. Hec ubi locutus eſt magno fletu & ge fīnis orōnis Antipatrī q̄ valet ad cōmiſeratiōnem.
mitu lamentabili: finem dicendi fecit: ululatuq; maxīo
uarum & omnes ad miſerationem inflexit. Solus herodēs
nullis mouebatur lacrimis. atq; ipſe a fletu tempabat. Inte
tabilis aduenam. queſtioni imminens uindictam expe
tens. Succeſſit orationi anti pat̄ nicholaus/regis mandato: Nicolaus Antipatri dicta refellit.
q̄ aſtute eiꝰ reſponderet uerſucijs. & inflexos: a miſeratio
ne abduceret. referendo in antiꝑpatrum fraterne inuidiaȝ
necis. allegando qđ ſi quos moueret miſericordia/illorum
miſereri deceret: qui eius perempti fraudibus/ultionem requi
rerent. Si uniū absoluerent: omnis domus regia ī periculum

deduceretur. Germani. affines. parentes. ipse rex cuius salu
ti non pepercisset. Itaque conuersus ad oratorum uersutias (s. antipatrum) ue
lut epilogo quodam excitabat ab inferis peremptorum animas:
qui miserabili questu replerent subsellia. Insontes se appe
tisse. subornatis grauatos testibus. compositis epistolis. fraudu
lentis sermonibus circumuentum patrem. credidisse filio.
quem non putaret de fratribus posse mentiri. Offerre nunc
cum supplicia sua. quod fratrum tormentis non credidisset. Quos
omnistos uinculis obligauerit. ne cognitioni (s. cause) interessent. In ab
sentes latam sententiam. cum longe positi essent necatos:
ne eorum pater misereretur. Nullum itaque reliquum futurum si iste
euaderet: doctus uenena parricidalia suorum uisceribus in
fundere. mutare mentes hominum. Qui etiam ferorami
amantissimum fratrem herodis. in necem eius parricidio funesto
excitauerat. Adiecit cum plurima alia excitande commotionis
gratia nicholaus addidisset. non sermonem absoluit: interro
gatus a uarro antipater si respondere uellet: nihil aliud
retulit: nisi deus mihi testis est quia nihil lesi. Tum uarrus ue
nenum proferri. atque id dari iussit uni de his: qui iam rei mor
tis essent adiudicati. Quo potato statim mortuus est. De
quo relatum est ad cesarem. et in uincla antipater impio pa
tris ducitur. nec tamen ab insidiis uacuus erat. Nam tum maxime
salomes periculum dolis temptabat. directis epistolis. quas
salomes nomine. antipater composuerat: plenis in regem contu
meliarum. atque ad agonem (p nomen ancille) ancillam iulie. que uxor cesaris
erat. per antifilum seruulum perferri iusserat: quas agnes eis reddita
regi transmitteret. ac peticio muliebris prodi cum fraus te
ualuerat: nam repta esset epistola agnes ad antipatrum. que do

lum prodidit. scripta in hunc modum. Sicut uoluisti patri tuo scripsi. & epistolas illas direxi. Nec dubito regem in periculum sororis insurrecturum. Tu uicem restitue: optato effectu potitus. His litteris deprehensis: rex in suspicionem deductus: quod etiam alexander pari arte compositis a fratre esset appetitus epistolis: & nimia commotione exasperatus: egritudinem grauem contraxit. Quos euidens urgeri periculo antiphan unum ex filijs heredem imperij testamento scripsit. prelatum archelao & philippo senioribus liberis: quoniam ipsos quoque antipater dolis atque fallacijs suspectos patri fecerat. Cesari legauit mille talenta. domis muneribusque additis in uxorem & filios. libertos. atque amicos quingenta contulit. nec salomen sororem munerum suorum expertem reliquit. Procedebat in deterius egritudo. atque accessu temporis asperabatur. quia imbecillis senectus suis incommoditatibus acerbabat cotidie. Siquidem non minus septuagenario grauatum annis corpus, crebro quoque merore animi afflictum gerebat: tot parricidijs conuulneratus. quae aut deprehendisse in filijs, extreme miserie erat: aut intulisse. Inmedicabilis tamen egritudinis [i. erat] feruor. quod superstes antipater metuebatur. Contemptus quoque indies ualor: quod imagines cesaris, atque animalium similitudines, contra legem templo apposite detrahebantur. auctoribus maxime iuda atque mathia: iuuentutis doctoribus. qui cognitis et conspirantibus: sibi uenisse tempus aiebant: quo uiolate legis iniuria uindicaretur. Dare penas [i. herodem] sacrilegium, quia putaret fas esse quicquid potestati liceret. Nec religione inclinatum. sed elatum superbia: in penetralibus templi, faciendi quod uellet, libidinem prurire exercuisset. Et quamquam uis diuina, ultionem accelerare: tamen pulchrum uideri:

Tenor epistole agnetis ad Antipatrum.

Herodes infirmatur.

Testamentum herodis.

imbecillis Senectus.

Nota quod neglecta Religione.

si etiā templi sacrati libertatem suam/ in defendendis paterni
ritus obseruationibus approbarent. Nec periculi metu quemquam
reuocari oportere. cū etiā mori pro lege patria/ insigne inmorta-
litatis sit. Primique adorsi/ auream aquilam supra fastigium
porte affixam/ detrahere: conprehensi/ atque ad regem perducti/
cū interrogarentur: cui obedire cupientes/ tantum facinus ad-
orsi forent: responderūt. legi paterne. Iterum querenti: quo freti
letiores adessēt: cum ad mortis uocarentur periculum: retule-
runt. Pietatis & deuotionis premiis. quorum remuneratio pro ri-
tu patrio mortem expetentibus persolueretur. Nec diutius ferre
potuit (.i. herodes) responsionis constantiam. sed indignatione super egritu-
dinē faciaut infirmitatem uinceret: in conuentū ipsi processit.
ubique tamquam sacrilegii reos ad plebem deferens: accusare cepit:
quod maiora de factis talibus suspectarentur. Que etiā si non
probarentur: tn cuncta s' quique metuentes/ ante eorum qui co-
prehensi forent/ luenda supplicia deprecabantur. Nec pergendū
in ceteros. ne questio plures atque alienos & innoxios perturba-
ret. Rogatus itaque/ in presentes sententiam tulit: ut uiui ex-
urerentur. Vnde incommoditas aucta & grauioris egritudinis
uis diuersis totum corpus eius passionibus depascebatur. Fe-
bris erat uehemens. prurigo intollerabilis. continui ac sine
ulla intermissione interiorum dolores uiscerum. colo medius uexa-
batur. Hydrope grauabantur uestigia. abscondita (.i. testiculi) corporis
scatebant uermibus. passim totius corporis anhelitus grauis &
suspiria perniciosa. cuius inditio erant, quod iniusti parricidii/ &
sacrilege dampnationis/ pena reposceretur. Non cedebat tamen a-
nimo & uiuendi cupiditatem/ passionibus reluctabatur.
Petit tamen sibi iordanen calores aque calide. sed nichil profuerant. Ad-

Vide quot grauissimis egritudinibus herodes torquebatur.

faltiſ latus/pleriſq; medicabilis/ſine ullo profectu egrum tenebat.
Ubi dum oleo plurimo foueretur: laxato reſolutus corpore: mo
rientiū ſpetie oculos inuertit. & uox defecerat. nec ſenſus mane
bat. Sed excitatuſ ſtrepitu conclamantium: reſumpſit. & ad ſua — reſipuit.
regredi cupienſ: ubi ad regionem loci q̇ appellabatur iericho adue
nit: atro felle exagitatus/& ipſi quodam m̄ morti minitās/im
mane facinus excogitauit: quo uelut inferias ſᵗ populi mīt terēt. — Inmane Herodis facinus.
Namq; ex omni iudea congregari iam dudum preceperat quoſq;
nobiliores: ut ex ſingulis uicis inunū cōuenirent. Ubi imperio ob
temperatum eſt: claudi eos intra ipodromū iuſſit. & arceſſita ſalo
me/atq; eius alexandro uiro: legatum ſanguiniſ mandauit. aſſe
rens letitię ꝑplis gentis iudeę/ſuam mortem futurā. & ideo cōmen
tum ſe/quo preclariſſime ſuum epitafium celebraret: depoſcerat
ſuos/ut cum ultimum exalaſſet ſpiritum/ſtatim eoſ omneſ q̇ clauſi
tenebantur/necari iuberent. Ita neminem futurū in uniuerſa iu
dea/atq; in omni domo: cui mors eiuſ eſſet illacrimabilis: cum
uniuerſis/domeſtici luctus hereditatē dereliquiſſet. Qui dum
ſuorū deplorant necem: iuſta regi uiderentur ꝑſoluere. atq; ita
publicorū letitia uotorum/domeſticis doloribꝫ impenderetur. Ac ne
forte ſceleſta impia mandati execucio deſtitueret: quinquagenas
dragmaſ iuſſit militibꝫ dari: ut tali ſceleris impoſita mercede/
ferale miniſteriū milites n̄ recuſarent. cōpenſaturi execucionis hor
rorem/remunerationis emolumento. Cedebat ꝓpe iam/tante incōmo
ditatis ſuppliciis. ſed expectabat funeſte reſponſa legationiſ: que
retulit de agone ſupplicium ſūptum/ad herodis querelam. Anti
patrum quoq; conuictū parricidii/morti adiudicatum. tm̄ repul
ſo p̄ma & regno: patrī fuge poteſtatem tribuere ſi uellet: ceſar iube
ret. ſententiam ſceleri ferens: conſilium pietati relinquenſ. Sol

uerat natura parricidii necessitatem. Nam recreatus paulisper: permissa s' utendi ut uellet potestate, dum de genere necis tractat: distentus doloribus prope diem mortis peruenire desiderauerat. Poposcit itaque malum: pariterque gladium. ut eo pomum solitus incidere: refectionis aliquid assumeret. Et paulisper sese attollens: cubitoque annixus: leuauit dexteram: cupiens sese ferire. Sed occurrit achiab: et impediuit ictum. Luctuque tota concrepuit domus. ut obisse herodes foris estimaretur. Exultauit antipater ad sonum planctus & a custodibus postulat, ut uinculis resolueretur. Sed prepositus ei muneri non solum abnuit quod rogabatur: sed etiam regi annuntiauit. Exclamans ille (i. herodes) insultare s' adhuc uiuenti: percussores direxit, qui antipatrum interficerent. Cesumque in hircania sepeliri iussit. Atque iterum mutauit testamentum. regemque archelaum instituit seniorem ex fratribus. antiphe tetrarchiam reliquit. Quinque itaque diebus antipatro superstes defecit. triginta & septem annis ex quo ab romanis nuncupari iussus est, regno potitus. Ex quo autem antigonum sustulit regni emulum: annos triginta quatuor in imperio exegit: utinam tam domestico usu quam publicis letus successibus. Namque ita foris secunde ei res aspirauerunt: ut priuatus in regnum asciscetur. eoque per multa usus annorum curricula: quod difficile saluo parta cis usu decederet. relinquens liberis imperii successionem: quam ipse a suis non acceperat. sed intra domum infelicissimus (.s. fuit). quam acerbo suorum sanguine & luctu repleuit. Non tamen executionem inuenit ultime crudelitatis. hoc uno salome oblitterante, extremum suorum ludibria superiora. quod eos quos perimi rex iusserat: omnes dimisit. dicens regem precepti feralis postea penituisse. reuocatisque mandatis superioribus precepisse ut ad sua omnes dimitterentur. Demum postea facta in amphiteatro militum & reliqui populi co

Antipater interficitur.
herodes mutato testamento reliquit filios ex martha Samaritida susceptos. scilicet Archelaum regem Iudeorum. & Antipam tetrarcham.

gregatione: de obitu regis indiciū factum [s. est]. Processit ptholomeus,
qui regis amicicie inter fidissimos quosque usque in extremum
adheserat. & anulum deferens, quem defuncti digito detraxerat:
collaudat regem. & ppłm admonet tranquillitatis. aperitque epistolam:
qua precatus fidelissimos suos milites hortabatur: ut successori suo beni
uolentiam exhiberent & grām. Apertis etiam tabulis testamenti:
recitatur philippus trachonitidis regionis & finitimorum locorum heres.
nūcupatus tetrarches antiphas. rex archelaus. ita tamen ut ad
cesarem deferri anulum suū: atque ei arbitrium & firmamentum
omnium dispositionum suarum reseruaretur. ac tunc demum ra
tum esset testamentum suum: si cesar probasset. Reliqua secundum
priora sua testamenta custodiri precepit. Continuo acclamatio facta
militum archelao [s. archelaus] plaudentium. circumuallatur ilico stipatorum
ambitu. promittunt beniuolentiam spondent fidem. Post hec
competenter atque magnifice funus [s. est] curatum. omni ambitu regalium
diuitiarum promisso: ad pompe funeris celebritatem. Lectus
erat auro totus & gemmis insignitus. stratum refulgens mu
rice. corpus adopertum purpurea diploide quam intertexebat fi
bula lapidibus preciosis coruscans. Diadema adherebat uertici. su
praque corona aurea. sceptrum in dextera, ut uiuentem puta
res. Preibat agmen trachium. germanique & galli stipatores
regii, militarem seruabant ordinem. pari modo succincti armis:
ac si in bellum procederent. sed ora mesti: & dolentibus similes, prose
[s. funus ut agmen trachium]
bantur. Reliqua manus prosequebatur ornatu solito, & cultu assue
to, comitantibus pariter ducibus & centurionibus. Quingenta
etiam seruorum & libertorum regie domus aspergebant aromata. ut
suaui odore tota fraglaret uia. Lectum filii regis, & propinquorum
uis maxima, circumfundebat. Sepultus est in herodio ut ipse ma-

Philippus filius herodis ex Cleopatra ierosolomita.

Pompa funeris Herodis. et magnificus apparatus.

·i· herodium castrum

dauit. quod aberat ducentis stadijs ab eo loco in quo finem uitę
inuenit. Magno obsequio per tantum spatij deductus uniuer
sorum. sed nō omnium pari affectu. Metus enim officium nō
uotum extorserat. dolor intra se saltem liberam habebat sente
tiam. Hunc finem habuit herodes.

Lege acerbas querimonias Judeorum in herode defunctum.

SEPVLTO herode, libera ut in defunc
tos solent, iudicia populi depromebantur.
grauem fuisse illum sibi & intollerabilem.
iniusta impia in ciues exercuisse. tyra
num non regem. suorum parricidam
domesticum. expilatorem publicum. neminem
quicquam dereliquisse. tributis exhausta
omnia. locupletatos alienigenas (heterogenous). iudeos
exinanitos. quod templo hostem induxerit. sancta omnia sacrilegio con
taminarit. Beatos qui defecissent: cum tormenta uiuentibus non
deessent. Plura malorum iudeam post primo depulsam captiuitatem
in paucis annis sub herodis imperio pertulisse: quam in ipsa captiuitate
sub hoste barbaro sustinuerit: cum sibi babiloniorum reges impe
rarent. Sub illis tolerabiliora exilia: quam sub herode domesticum
domicilium. Ab illis ad sua remissos. ab hoc fugatos. Inimiciorem
dario. artarxerse superbiorem. medis rapatiorem. Sperasse finem
malorum ut sibi exire liceret exilio: si diem clauderet. Sed accessisse
ad seruitutis miseriam archelaum spontaneum successorem, quod he
rodem referret (·i· representaret) & noua adderet. Miserum hoc in regnis esse quod do
minus eligeretur. miserius quod inuitis imponeretur. Solatium
seruitutis uideri: si ipsi sibi dominum eligant. eo quod fiat benignior si de
feratur. impium. superbior: si usurpetur. Longe itaque archelaum

herode

herode intolerabiliorem futurum; cum iste assumpserit regnū: ille acceperit. Ea non solum crebro uincula cōferebantur: uerū etiaz rome assistenti archelao/porantibȝ accusatoribȝ: in os obiecta apud cesarem senatumq̄: ubi de regno archilai confirmando abrogando q̄ȝ diu certatum. Demq̄ cum in templo apollinis qđ cesar condiderat: multisq̄ ornatibȝ uenustaret. Locus esset cognitioni datus: salome filius antipatri/illa que sup̄ diximus/& multa alia/dicendi ualidus p̄sequebatur. Mirari se qđ archelaus q̄i petendum a cesare regnum pretenderet. cū usurpatione temeraria/iam dudum intra iudeam inconsulto cesare regem exercuisset. Quid ē sella aurea/ allatumq̄ diadema: n̄ regni insignia forent? Quo spiritu sedere presumpserit super thronum regium: de sublimi solio salutare plebem circumfusam: stipantibȝ innumeris militaribȝ: more quodam & usu imp̄atorum p̄mi diadema: qđ cesaris iuditio seruari oportuerat. non solum pro potestate romani imperij: sed etiā p̄ iure testamenti. Herodem enī n̄c p̄ripe potuisse cesari/uel senatui: qđ ip̄e uel a senatu accepisset. ut a cesare recepisset. & superiore testamento expressisse satis ꝓprie iudicium uolūtatis: quo antipham succedere s. regnum/sensu integro/ac ꝓpenso consilio declarauerit. & postremo omnia cesaris iuditio reseruauisse. q̄uis soluto iam corpore/anxius suppremo periculo: nec ullius iam sensus aut cōsilij capax: dictauerit non qđ arbitrabatur: sed qđ ingerebatur. Preceptorem q̄ imp̄ij de se ip̄o p̄nūtiasse qđ nō merebatur: tuo cesar iuditio in regnum substitui. Nam si meriti sui conscius foret: peteret potius/q̄ eripe maturauisset. Non petendo aūt/sed usurpando que in petitione cōsisterent: etiam in pecuniarijs negocijs p̄iudicare solere ut ꝓposteri litigatoris cedat causa. Hic uero nō pecuniaȝ questum imcrimen uocari: sed imperij romani uiolatuȝ

· ORO · elegans
Verba Tuectiua Salome filij Antipat' ī Archelaum·

ius: reuerentiam despectam. spretam potestatem. Indignum esti-
matum romane curie senatum. quod soleret regnum dare atque eri-
pere. ut cum cesare uetustam conferendi imperii seruaret preroga-
tiuam. Quid facturum esse cum regnare legitime cepisset: qui
ante regnum insoleuisset? Necatos preterea plurimos: quia opem
fessis rebus, et tributorum alleuiamentum poposcerant. Remedium
postulantibus: bellum irrogatum. Interfecta nouem milia iudeorum,
in ipsa uenerabili apud suos pasche celebritate. pro pecudibus homines
immolatos. satratorum (qui ad templi festa conuenerant sanguinem
fusum) spectaculum miserabile. Si quis cesorum stragem recen-
seat: babilonios reuertisse arbitretur. Quanto crudelius a tunc
commissa. quam que in hoste barbaro plena in manus seuitie: atque im-
pietatis estimarentur? hanc sportulam ciuibus datam. hoc sacri-
ficio archelaum regni sui primordia commendauisse. debere misere-
ri cesarem senatumque reliquiarum iudee. que quondam liberis
fulta populis seruitutem optaret: si modo tolerabilem liceret perpeti
sub rege iusto. longe illum abesse a iure imperitandi. Siquidem
nulli apud iudeos regnum competere: nisi ei qui esset ex generatio-
ne iude. sic lex dicet. At uero istum idumeum genere, quem nulla pro-
sapie regalis origo contingeret: irrepsisse in honorem indebi-

Antipater fuit pater herodis & auus Archelai.

Laudat. Anti. patrem herodis.

tum. Siquidem cum antipater suus pater atque archelao fuerit auus, potestas
diuitiis: ceterisque artibus potens: et maxime romanorum amici-
tia: cesarique Julio seniori bello probatus: cum posset regnum sibi asciscere,
numquam tamen affectauerit. quin etiam defendere aliis maluerit: quam
sibi parare. Meritoque illum habitum ut parentem optimum. qui
iudeam in libertatem uindicauerit uulneribus suis. nec in serui-
tutem deduxerit. Herodem antonii testimonio, qui paternus
hospes fuisset: in regnum aspirauisse. ex illo iudeorum res im-

minutas egisse ut hostem nō ut rectorem. Cum q̄ etiā ipē adulter regni fuerit: quō potuisse ab eo legitimum regem tractari? Non deprecari eu̇ quo minus sub regno subsint: sed poscere ut sub romano agerent cuius gratiam iam inde ama chabeis partā, tantum per usurpationem regni postea degeneraverint: ut multo inferiores sint his, adversum quos romanam petierint societatem. Denique orare sese, ut eadem conditione iudea, q̄ syria, presidale iudicium a vobis adipiscatur: quo devotionis nr̄e detur experimentum. ut tum q̄ sediciosi ac rebelles vocamur: possimus moderatis iudicibus obtemperare. Adversus ea nicholaus pro archelao respondens: inquietissimam nationē insolentie sue asservit penas dedisse. ne hunc potissimū archelaus invidiam in excusabilem minus accesseretur: si per sedicionem patem (s. iudei) turbarent atque a romanorum societate animis atque armis discederent. De testamenti aūt prelatione quis dubitaret: cū & posterius preferri soleat superioribus. & hoc (s. testamentum) multo validius ceteris videri debeat: in quo cesari confirmandi regalis iudicii reservata sit prerogativa. Quo cumulata potius, q̄ imminuta romani nominis reverentia sit. si & a vobis cesar non preripiat, regibus quod privatis licet. ut eorum valeant testamenta. & potissimum que sibi cupiant succedere, ultimo scribant stilo. atque ab illis iterum ea vobis honorificentia servetur: ut confirmatio iudicii a vobis petatur. & illis succedat quem pater elegerit. vos probaveritis. Quando magis sapuit herodes: cū tibi cesar reservavit prerogativam: an qū preteriit? Ubi antiphas substituitur: cesar preteritur. Ubi archelaus subrogatur, assistitur. Sine firmamento. nulla res stabilis. Divino itaque iudicio, & iusticia de

Nicolai oratoris Responsio pro Archelao adversus Salome.

erat: uel ſimulationi ut̃ uoluntati firmamẽtum defuit. Vbi autem
equitas examini ſuppetebat: robur queſitum: ut iudicium confir
maretur. Conſidera ꝙ utrum fecerit iniuriam/q̃ te elegit. aut ſi re-
ſcindi debeat q̇d te arbitro ſanciendum reliquit: rerum omniu̴
dn̄o: cui iure etiam reges cedunt poteſtatẽ. Qui c̄ſtituit quem ele-
gerit ad confirmandum: ſciuit utiq; quem elegerit ad impandu̴.

finis or̄onis Nicolai

Nec in ſucceſſore falli potuit: q̃ nõ eſt falſus in confirmatore. Na̴
qui te arbitrium conſtituit: cognouit itaq; talem ſucceſſorem
eſſe conſtituendum: qui tibi quem cõſtitueres ñ diſpliceret. Auditis
partib; ceſar ſententiam diſtulit. Deinde collato cum ſenatu cõ-

Archelaus cõſtitut᷑ a Ceſare cũ auctoritate Senatus ꝓpoſit᷒ et rector ~~factus~~ Iudeoꝝ.

ſilio. archelaum genti ꝓpoſuit: ut fungeretur rectoris munere ñ
regni honore. Spopondit tñ & regnum daturum: ſi ſe ita gereret
ut ꝓmereretur. Iam ẽ tẽptamenta diſſenciois iſrahelitici populi
nuntiabantur. Tetrarchas duos conſtituit herodis filios: philip
pum & antiphan [.i. antiphas] q̃ cum archelao de regno certauerat. herodis
ſorori cui nomen ſalomes [.i. preſtamẽtũ herodis] legatum ſeruauit. [.i. dona] etiam alia ipſe ad

Liberalitas Octauiani

iunxit. Duab; filiabus ꝙ herodis mille talenta que ſibi relicta
erant diſpertienda arbitratus: addidit etiam alia ſexcenta
milia. & ea fratrum liberis ſociari cenſuit. Interea quidam iu-
uenib; ſimulans ſe alexandrum: & ꝑ miſericordiam ab his quib;

Quidã ſimulat ſe Alexandrũ herodis filium.

necandi munus ab herode patre mandatum foret: ſubroga
tis aliis in locum ſuũ/cũ frẽ ſe ariſtobolo dimiſſum: miletũ pecijt.
& in romã: quo difficilius apud incognitos cognoſceretur. Vbi
facile iudeos ad rerũ nouitatem promtiſſimos excitauerat.
ñ cõpto eo ceſar/ad ſe eum ꝑductiotius ꝑ celadum quendam
qui alexandrum plene nouerat: precepiſſet. Celadus ũt iuue-
nem uidit: ſimilitudine deceptus heſitauit. Sed reliq̃ ꝑſpicies
inditia nõ conuenire: queſiuit ũ eſſet ariſtobolus. At ille in

cipro insula degere asseruit: cauentem insidias. eo qđ cōmunes inter se fr̄es facilius extinguerentur. Deinde ad cesarem deductus: aput illu(m) impunitate promissa. fictum se sp̄em similitudinis qđ ēēt alexander simulasse. ut innumerabilia munera ibi q̄si regis filius a iudeis cōsequeretur. Cesar dolum risit. sed & ipm̄ inmunem dimitti iubet. & eos q̄ ultra p̄uatum modum q̄si regis filio detulerant: satis multatos esse p̄nūtiauit. qđ sup̄ filius sūptibus infinita dispendia tolerauissent. Archelaus aūt p̄fectus in iudeam: pp̄ obscenitatem morum & insolentiam accusatus apđ cesarem: cognita inter (s. cōscriptos) partes causa: uiennam relegatur. opesq; ei⁹ thesauris cesaris assotiate. hoc merito p̄tium luit. qui nec a fr̄is sui germani coniuge suas compresserat cupiditates. Nam ubi alexander obiit p̄ris imperio neci traditus: glafira uxor eius archelao rege cappadocum genita, quēadmodum sup̄ memorauimus: libies regi toba secūdis ēst coptata nuptiis. Quo defuncto reuertitur ad patrem. Illic eam contemplatus archelaus: qđ fr̄em mariti filior(um) patruum haud q̄q̄ pie refugiendum arbitraretur: ita depire cepit: ut uxorem eiceret mariamnen. & glafiram in locum illius substitueret. Non multo p̄ u̇ mulier in iudeam redijt: uidit in somnis alexandrum & complecti desiderauit. At ille indignanti similis a cōplexu refugus uisus est dicere hec est glafira p̄missi fides? Ita amores erga te fuasti meos: quor(um) memorem te esse oportuit? Sed esto adolescentula secūdas nuptias nō refugeras: etiam n̄ tertias: etiam ne fratrem mariti? Ita mea delectauit iniuria: ut in meā domū tertio nupta cōiugi (s. est) remeare nō erubesceres? Sed mihi cure ne diutius maneat contumelia mea. cōtagioq; tua. nec longum letabitur fr̄m incestus matrimonij. Exurrexit mulier & familiaribz narrauit sompnium. atq; ipā biduo (post) p̄mo defuncta fidem fecit qđ huiuśi coniugia n̄

Archelaus Viennam Relegatur.

Archelaus repudiata Marianne vxore sua: glafirā olim fris ī matrimoniū sumpsit.

Nō somnū glafire.

Nō p sacramto mrimonij.

Nota Somniū Archelaj.

uiuoꝝ legib9 impunita sūt. nec mortuoꝝ uoluntatibꝫ. Ipē quoq; archelaus uidit in sompnis, spicas nouem, plenas & magnas, a bobus uorari. s. somnij Cui⁹ querenti: respondit interpres. nouem spicas, nouem annos significari. qbus potestate usus sit amplissima & maxima. Nono itaq; anno imperij sui mutationem eidem fore. eo qđ boues q̄ arua aratro soleant inuertere mutationem significent laboriosam. que deuoret atq; absorbeat merita superiora. His cognitis, quinto die uenit a cesare: s. nuntius q̄ eū ad inditū romam deduceret. In quo cōdempnatus, & actus in exilium: etiā morte impleuit sompnium suū. Principatus gentis s. Judaice q̄ ad archelaum ptinebat: i. s. est conuersus in nom̄ puintie. Quo noīe romani, eum in ius suum uincendi rdigerent, ptīl positas regiones: puintias appellauerunt. Manserunt tn̄ tetrarche ut erant, philippus & herodes. mutato uocabulo, i. nomine q̄ antiphas p̄us nūcupabatur. Nam salomes moriens, loca que tenuerat, & potestatem sue gentis liuie uxori cesaris dereliquerat. Js status erat iudee, quando cesar defunctus est. relinquens p̄uignū suum, liuie uxoris filium, s. tiberium ex superiore genitum coniuge: successorem impij romani. cui⁹ in honorem tyberiadem herodes cōdidit. Philippus q̄q; libiam urbem, matris ei⁹ uocabulo nuncupandam putauit. Et quia ppositum nobis est aperire causas, qbꝫ ppl̄s iudeorum a romano imperio desciuerit. & q̄ꝫ exitium accelerauerit: pilatum puintie p̄sidem, initium ruine dedisse, res indicat. qn̄ cesaris imagines, ierosolimitanis edibus inferri p̄mus omnium non dubitauerit. Quo motus ppl̄s, cum rsisteret: atq; ille s. pilatus rcipiendas cenferet imagines: plurimos in mortem tegit. Dum hec in iudea gerūtur: agrippa aristobili filius romā aduenit: cupiens ad usum heroden tetrarchen, apud tiberium

Tiberius p̄uignus octauianj & filius Liuie īpat post eū.

Cause Rebellionis Judeoꝝ ab īperio Romano.

pilatus.

iudicio decerneret. Sed deſpectus a tiberio: cum rome degeret, plurimos ſibi aſciuit ad amicitiam. et maxime germanici filium gaium. quem ſine paterni nominis gratia amabilem populo: ſeu regii generis propinquitate, proximum imperio ratus: an quodam preſagio: ſtudioſius excolebat, quam uel etatis uel honoris eius ratio patiebatur. ita ut quodam die manus eleuans [agrippa] deprecaretur, ut maturius tiberio mortuo, gaium uideret imperatorem. Quo prodito [uel a palato] per euticum libertum ſuum: agrippa iuſſu tyberii in uincula ducitur. et grauibus modis excruciatur. nec ante dimiſſus, quam tyberius diem clauderet. Cuius tempora feda ludibriis: caprearumque ſeceſſus ignauia intolerabilis: nullum tamen efficacis uirum operis in necem eius excitauerunt. retentus ut arbitror romani imperii reuerentia, ſine terrore ſeuiſſime crudelitatis. quia plerumque aſperitas quo grauior: eo tutior eſt. IV Eo imperitante famoſum ludibrium pauline ſpectantiſſimi generis femine rome percelebratum eſt. Que cum egregie caſtitatis apud omnes famam haberet; eſſet autem preſtantiſſimi decoris et eminentis quoque: temptata muneribus equeſtris militie ducis interpellationibus: nec inflexa uitio: muneris [uel] ſuperſtitionis patuit errori. Namque ſubornatis iſidis ſacerdotibus, qui uelut a [uel numine dei] anubis ad eam mandata perferrent, quod eam ad templum inuitaret: delectatum ſe eius ſedulitate, et pudicitiam noctem poſcere. habere ſe quod eidem ſecreto uellet committere. Quod illa accipiens leta ad maritum detulit. deum ſuis adeſſe notis ab eo ſuam poſci preſentiam. negare ſe non poſſe obedientiam. Itaque et ex ſua et ex mariti ſententia, pergit ad templum iſidis. noctem exigit. Remotiſque procul arbitris: quaſi ſacri cognitionem miſterii perceptura, ſeſe ſtratis componit ſuis.

Gaius germanici filius.

ludibrium pauline

PAVLINE · ludibrium · No ·

.i. anubis
estimans quod ad eam deus suus in somnis uenir& & p[er]ulsionem
sese eidem demonstrar&. Ver[um] u[ero] aliquid noctis p[re]tessit; quo fati-
dux mulier amator eius
lius mulier plena somni decipere[tur]: mundus assumpto uul
tu anubis, habituq[ue] aduenit. Vestimenta allenat. in oscula ruit. Ex
p[er]gefacte mulieri anuben se esse dicit. uultum anubis p[re]tendit.
Illa d[eu]m credidit. beatam se asserit quod eam dignatus sit uisitare
d[omi]n[u]s deus suus. Amplexum petenti no[n] negat. refert t[ame]n utrum
deus possit homini misceri. Ille promit exempla. quod & iouem
n[omen] mulieris
summum deorum, aldhimena suscepit. & ledea eiusdem concubitu
.i. pepererunt
potita. & plerime alie, q[ue] ediderunt d[e]os partu. De se q[uo]q[ue] & illa de
um esse gubernandum p[er]suadet. mulieri concubitu misce[tur]. Redit
ad maritum letior. dicens quod mixta deo sit mulier: & eius pro
missu, d[eu]m esse generatam. fit ingens in stupro mulieris, mariti
.s. es
gaudium. Postea occurrit mundus mulieri, & ait. Beata pau
.s. est
lina concubitu dei. Magnus d[eu]s anubis: cui[us] tu accepisti miste-
ria. Sed disce te sicut diis, ita & ho[min]ibus non negare quib[us] dii t[ri]
buunt quod tu negaueras. quia nec formas suas dare nobis: nec
nomina dedignantur. Ecce ad sat[iet]at[em] sua d[eu]s anub[is] uocau[it] & mun
dum: ut t[ibi] i[n]gereretur. Quid tibi p[ro]fuit duritia tua: n[on] ut te xx mi-
lium q[ue] optuleram compendio defraudaret? Imitare nota d[e]is
i[n]dulgentiores. q[ui] nob[is] sine p[re]tio tribuunt, quod absque magno pretio im-
petrari nequitum. Quod si te humana offendunt uocabula: anubem
me uocari placuit & nominis hui[us] gratia effectum iuuit. Hoc p[er]te
stricta sermone mulier: illusum s[e] intellex[it]. & dolens iniuriam
pudicitie: confessa fraudem marito. Ille nihil habens quod uxori
indignaretur, cui ipse cubandi in templo potestatem p[er]miserat:
.i. tiberio
& conscius coniugalis castimonie: principi querelam detulit.
Qui motus potentis uiri contumelia: atq[ue] atrocis flagitii co-

meto: sacerdotes e templo rapit: questioni subicit. confessos ne
cat. simulacrum isidis tyberi demergit. Mundo fugiendi ptās
pmissa. eo qđ iui amoris & forme supatus / grā lenonibꝫ commissoꝝ
suoꝝ ptiis multandus estimaretur. Qđ g ludibriū impitan
te tyberio acciderit: nō putaui pretereundum. ut ex eo deformi
tas colligatur impatoris. Sicut enī boni principis uita / pbita
tis qđdam pscptio / & p uniuisos uiuendi forma est: ita impator
colluuio lex flagitioꝝ est. Ab eo missus pilatus in iudeam / uir — Pilatus uir iprobus.
impbus / atq; in exiguo ponens mendacium: circumuenit sama
ritanos: ut montem cui nomē gadir peterent (erat ē illis sa
cratus) eo qđ uellet eoꝝ misteria cognoscere. Et ascendens:
ppłm preuenit eqtatu / pedestriq; exercitu strauit. afflicto cri
mine / qđ a romanis discedere / & conciliabulum s querere ppa
rauissent. Quid ē non auderet: qui etiam xpm dnm / ad sa — Excidiū Jerosolime & hebreoꝝ pp morte xpi.
lutem hu̅ani generis aduenientem: mitis & diuinis operibꝫ — .xps. .No.
pfundentem in homines misedie sue grām: nichilq; aliud do
centem, n̄ q p̄mum deo. deīn impatoribꝫ faceret ppłos obedie̅
tes: cruci affixerit? Demens q minister esset sacrilegi furoris.
ut interficeret auctorem salutis. Ex illo (i. tempore.) itaq; iudeoꝝ res pdi
te. ex illo exitium genti. temploq; maturatum excidium. Nā — .Iohannes bapsta
si herodes q iohannem neci tradidit: pfidie & crudelitatis sue
pretiū luit: deiectus regno atq; exilio datus. quantomagis p̄
tipitibus furiis actum intelligi datur eū. q xpm occiderit?
Que causa autē mortis fuerit iohannis breuiter expediam. — Causa mortis Iohānis baptiste.
Philippum & heroden qui prius antipas dictus est, germa
nos fuisse sup ostendimus. uxorem philippi herodiaden / he
rodes illicito ac nefando sociauit sibi iure matrimonii. Non
tulit hoc iohannes. & ait illi. Non tibi licet uxorem habere

fratris tui. Tum ille commotus in carcerem detrusit iohannem.
nec multo post necauit (appo.) uirum iustum & constantem diuine
legis executorem. Non solum est qui predicator euangelii fra
terni cubilis incestum reprehenderat: uerum etiam qui
legis executor preuaricatorem legis condempnauit. qui fratris
uiuentis uxorem eripuerat. presertim habentem semen de
germano ipsius. Hinc excitata iudeorum fere omnium in he
rodem odia. & pena accelerata. Cuius (Caius) auctor herodias
uidens agrippam plurimum preualuisse apud cesarem:
Compulit eum romam pergere: quo sibi imperatoris gratiam
conciliaret: obiectans desidie contumeliam. quod fugitans
labores dum moratur domi indignos se pateretur ante
ferri. Nam cum agrippa ex priuato rex factus sit: quanto
magis ipsi iam dudum tetrarche quo regnum conferat
cesarem non dubitaturum est. Itaque mulieris obiectas opprobria
nequaquam sustinens romam profectus: dum gai amici
ciam petit: ab agrippa accusatus etiam tetrarchiam amisit:
quam a iulio augusto acceperat. & fugitans in hispaniam u
na cum uxore herodiade merore animi consumptus est.

Gaius germanici filius imperat.

Mortuo quoque tyberio: gaius successit. Qui dum se &
deum uideri atque appellari uolens: causas dedit iudeis quam
iustissime seditionis. at si propero fine imperium clausisset: iu
deorum genti finem fecerat maturiorem. Non solum enim ab illi
citis non reuocabat suos: uerum etiam missis in iudeam pollicita
supplicia minitabatur: ni omnia aduersum ius & fas religio
nis armis patrarent. Plurimum eius imperio potuit agrippa.
sed dum uellet muro ambire maximo ierosolimam ut ro
manis fieret inexpugnabilis: preuidebat enim imminentem

ruinam: morte preuentus/ opus imperfectum reliquit. Nec
minorem potentiam exercuit imperitante claudio. quia
ipſi quoque principatus interfuit. cum gaio perempto/ ipſe amilitibus — Gaio ſuccedit Claudius
aſſumptus in imperium: reſiſtenti ſt ſenatui: regni tedio
agrippam legatum direxit. Quo interprete/ promiſſa mo
derationis imperii definita gratia: pax conuenit. In locum a
grippe patris/ agrippa filius eius/ a claudio ceſare rex ſub
rogatus eſt. Ipſe quoque claudius exactis tribus & decem annis
cum deſiſteret: neronem romano imperio principem dedit: cap — .s. Claudius — Nero ſuccedit Claudio.
tus uxoris agrippine perſuaſionibus. que tantum fraudibus ua
luit: ut filium imperatoris britannicum/ deſignatum ſucceſſo
rem: ipſo iure nature principatus exortem redderet. Cuius
artis mox penituit eam. quia dum ex ſe genito conſuluit
principi: ſuum negauit. ignara quod elatus imperio/ nec ma
trem agnoſceret. atque in exitium eius beneficii mercedem inuerte
ret. Idem (i. nero) tamen octauiam claudii filiam/ coniugio tenebat: propoſ
tero ordine gener filio prelatus. quia mala rei publice ſpondabat:
cui debebatur parricidii ſacrilegus inceſtus. ut in eo crimina
nulla bone artis merita ſignarent. Tali imperatore ſeu morum
eius intuitu: atque ignauie contemptu: ſiue quia iudeis/ ob gratiam
ſacrilegii/ auerſo preſidio dei ſummi/ ultimum excidium prepara
batur: erupit in ſeditiones gentes. latrocinia. diſceſſionis eorum
inſolentia. Quos per uiginti annos eleazarus princeps latronum — Eleazarus princeps Latronum.
grauiſſime depopulatus: aliquando tamen captus a felice/ qui iudee pre
rat: & romam directus: grauiores penas dedit. Nec ſic quidem gra
ui ceſorum numero/ infractus eſt populus iudeam inhabitan
tium. ſed in ipſis ieroſolimis aliud latronum pullulauit genus: — factio ſicariorum in
qui uocabantur ſicarii. non iam ſecretis abditi: nec tenebris noctur — Ieroſolimis.

nisi insidiantes sine aliquo presidio commeantibus. sed luce diei atque in medio urbis et turbe stipamine percutiebant quoscumque percuti decreverant breves manu gladios gerentes. conferto populo permixti uel adherentem fixerant: cadebat imprudens ceco uulnere. ut quem telum mors preueniret. funus in promptu (s. esset) sed percussor latebat. Et si quis commotus fuisset alieno uulnere: prior suo factus erat cesorum portio. Ita uel periculi metu: uel dissimulatione facinoris: sicarius non deprehendebatur. Tanta erat insidiantum uelocitas et celandi ars. Occiditur sacerdos ionathes. addebantur multi cotidie. Grauiorque erat metus uiuentium: quam erumpna interfectorum. Quasi ad pugnam: sic cotidie unusquisque progrediebatur. Grauiore tamen condicione: quia hostis (s. in pugna) preuidetur. sicarius delitescebat. Mors in oculis. in animis timor. Nemo se regressurum credebat. nec amicis fides deferebatur: dum sicarius metueretur. Quo plerique perterriti: insontes quidem a flagitio latrocinandi, uel sicariorum contubernio: et si manu innoxii: consilio tamen infirmiores: desertum petiere. Sed dum sibi consulunt: terrorem fecerunt discessionis. Ex quo belli aduersus romanos suspitio primo: deinde inuidia exarsit. Quo motus prouincie rector: misso equitatu et pedestri agmine: maxime multitudinis stragem edidit. VII. Egiptius quoque pseudo propheta adueniens et magicis imbutus artibus: dum iactat se prophetico spiritu celestia annuntiare oracula: triginta milia fere iudeorum associauit sibi eosque ad montem oliueti congregans: frequenti irruptione penetrabat ierosolimam: ita ut etiam romanas incursaret custodias. que ne quid a populo moueretur: ierosolimis pretendebat. Vbi etiam hec compressa est insolentia: qui in egro corpore alia pars grauius inflammabatur. Plurimi esse palam discedendum a romanis: libertatem seruitio preferendam uociferabantur. progressique ma

pseudo propheta

i. alimonia VIII

gros/quib; alimonia deerat: ui expectebatur. Poſtremo in urbe ce-
ſarea/grauis int̃ iudeos & gentiles ſeditio inceſſit. uendicantibus
s̃ iudeis urbis totius/q̃ ab herode iudeo condite/poſſeſſionem. ren-
s. dicentes
tentibus gentib;. q̃d conditor q̃dem iudeus fuerit: ſed ceſaris eam
noĩe declarauerit. Deniq; & templa intra eam inſtruxit. & ſtatuas
apposuerit. eoq; uideri magis eam gentilib; uſib; mancipatam. Ha-
i. optimates
rum cõtentionum ſeditio in manus uertit. q̃a neq; p̃mi iudeorum
ſuos ſeditiom deditos/cõprimere poterant. & gentiles opprobrio
ducebant: ſi iudei s̃ cedendum arbitrarentur. Itaq; excitauerunt
p. n̄
felicem/ut dum utriuſq; partis geſtit cõp̃mere multitudinem — Felix.
nõ adquieſcentem: preſtim armis (q̃n aliter nõ quibat) conſuleret. — Cestus.
Cui ſucceſſit feſtus. qui latronib; plurimis cõp̃henſis: haud exi-
guos ultimo exitio dedit. Albinus quoq; eadem a romanis p̃tãte — Albinus.
s̃ credita: nullum nequitie genus pretermiſit. Rapinarum im-
probus p̃do. ut q̃ nõ dediſſet pecuniam: in uincula rapetur: quã
uis innoxius. q̃ dediſſet: etiam reus abſolueretur. Auaritia gig-
nebat ſupbiam. ut pauperiorib; ſe tirannũ p̃beret. mancipiorum
ditiorib;. Idem tñ ut ſit pretergreſſus nequitiam ſupiorum: ita ſuc-
ceſſore floro/q̃ deſes ac lentus in flagitiis/longo ſed proximus int- — Florus.
i. flori
uallo p̃teritus/ac derelictus: ut comparatione deterioris/integer
eſtimaretur. Et qui p̃mo queſti fuerunt ut afflicti: poſtea feſtum — x
q̃ bonum iudicem deſiderabant. Hic ẽ ſingulos exuerat. florus
urbes diripiebat. Inq̃natiſſimus in obſcenitatib;. inſcientia crude-
liſſimus. armis oĩa contuitans. et p̃lia de preliis ſerens. qui nec
obſecratus ignoſceret. nec ſaturatus parceret. In conſpectu be- — Beronices Agrippe Soror.
ronicis/que ſoror agrippe regis/ad templum religionis cauſa ue-
nerat: acerbiſſima cede in p̃p̃lm deſeuiebat. nec obſecranti deferẽ-
dum arbitratus: cum inſinuentem r̃ligiom/nudis pedib; aſtantẽ

cerneret & orantem fastidio haberet. Vn̄ ad agrippam regem &
ip̄a se p̄sit. & populus iudeoꝝ direx̄ p̄cetatum auxilia liberta
ti. Cui regredienti ex egypto occurrerūt pleriq; ultra sexaginta
stadia ierosolimitane urbis obuiam p̄gredientes. Et circūductio s. agrippa
p urbem: cum fidem querelarum p̄baret: insistere ceperunt
ut legatos ad neronem mitterent. Rex ille dolorem ut ciui
um & ip̄e miseratus: temptamenta tn̄ belli aduersum roma
nos alta prudentia cernens moueri: ne & d̄ inuidia p̄p̄toꝝ ul
timum gigneretur periculum: coacto in unū p̄p̄to: & loci qui
templo p̄ximus & ponte diuisus sixtus appellabatur: huius
modi or̄onem habuit. Et si plerisq; impudicus consulendi
moderandiq; impatiens dolor: grauib; aliquos faciat mestitia
re querimoniis: tn̄ ubi consilium sumitur: sequestratur affec
tus doloris. Nam si promptos ad ulciscendas iniurias & ad
inferendum romano bellum imperio / uniuersos ex hoc p̄p̄lo com
perissem: ac nō melioris partis & trāquillioris sententie q̄d
pacis est preoptare: & q̄d s. est quietis p̄ferre: nec uenire ad uos
ausus forem. nec consilium dare. Superfluum ē est suadere
quid fieri oporteat: cū audientium assensus in deteriora sit.
Sed quia aliis inexpertus bellicorum usus malorum: aliis p
functoria spes libertatis p̄dulcis ad expetendum: sed pleri
q; irrationabilis ad adipiscendum: Multis ē dum libertas
petitur: seruitus accumulatur. & frequenter totum eripitur /
i. res presentes
quib; uel nomen libertatis remanserat: Alios quib; p̄sentia / uti
tate sui displicent / rerū nouitas inuitat: ac si turbentur ne
gocia. lucrum putatur: ideo uobiscum consilium ferendū
putaui. ne aut prudentioꝝ sobrietas p̄ripiatur. insolentioꝝ
audacia. aut qui recte sapere nesciunt / nr̄o saltem adino

Eloquens orat̄ herodis Agrippe. · ORO ·

i. prudentioribus

nisi sermone cognoscant adquiescendum esse consultoribus. Silentium quoque deferendum censeo. ut & nos que conducere vobis arbitramur aperiamus. & vestrum nemo perturbetur, si aliquid preter suam voluntatem audiat. Nemo enim poterit estimare qualis sit quod dicitur. nisi audierit prius (cuius ipse futurus arbiter sit) probet ne an respuat. frustra conturbat ne audiat. licet enim & post primo consultationem unicuique sentire quod sentit. & si discessio placet etiam post primo sobrios monitus, servare inconsulte voluntatis sententiam. Sed dicet aliquis, cur frustra audiri velim, si non adquiescant que audiunt? Quia si noluint adquiescere cum audierint: portio in contionis, non omnis populus predicabitur. Si autem audire noluit: etiam tum pars conturbat audiri: invicto populo eripitur audiendi profectus. Itaque apud eos in sermo oritur qui audire voluerint. si vel ex parte aliquid in silentium non deferatur: Intercipit enim sermo omnis. & qui totus decidet. si contionalis fragoris & ingenti strepitus examinetur impedimento. Duo sunt ita quibus primo respondendum arbitror: que in maximo sunt querelarum pondere. Quod plerique vociferantur de iniuriis presidum. & quod plerique prisse sub libertatem gemant. Quarum propositionum separanda in complexio videtur. Si enim presides improbi: quid opus est libertatem attollere, ne videamini non eorum merito, sed servitutis fastidio accusare presides: qui dominatoris ministros. Aut si intolerabilis servitus: superflua quoque de presidibus querimonia. Nam & si in illis moderatio sit: nichilominus tamen turpis servitus est. Consideremus quoque ne in utroque eorum non perfunctoria bellorum materia sit. Quid autem ineptius quam de iniuriis queri: & bellum subtexere. ac periculis his mutare contumelias: dum iudicem refugias, hostem

hic incipit narrare

Nota pro toto

induitas. cum iudex iniquus plerumque iuris interpres sit; hostis aut etiam iustus, semper sit appetitor salutis. Temperari ergo non exasperari iudicem decet. hostem caveri. ne alterum exacerbes. alterum arcessas. tum et ille delinimento mitior fiat. et iste declinari debeat ne possit nocere. Cavendum ergo de iudicibus ne maior querela quam iniuria sit. gravior quoque obiectionum invidia: quam commissorum poena. Saepe enim qui primo verecundius deliquerint: accusati insolentiores sunt. Et qui occulte ante furati sunt: postea palam latrocinantur. Nichil itaque tam exasperat fervorem vulneris: quam ferendi impatientia.

Apte similitudines

Denique impensius in ipsis agrestibus feris, artissima vincula si se excitent imprimuntur. si quiescant: relaxantur. Gravisque febrium vis tolerando minuitur: inquietudine augetur. Quod si noverunt sibi consulere agrestia, ut naturae obliviscantur, quo dolorem allevient: quanto magis in hominibus frequens docuit usus. quod eorum qui lesi sunt tolerantia, ledentibus fuerit verecundiae: ut sine accusatore correxerint: quod accusati non emendassent.

Sed esto. fuerit intolerabilis romanorum iudicum insolentia: Quid ergo tolerabilius: universos an unum peti? Quae autem iustitia, cum unus leserit: bellum inferre omnibus? Nunquid omnes romani iniuriae auctores? Nunquid ipse caesar? Aut studiose electus est in provinciis, qui ad nos mitteretur? Sed neque speculari possunt transmarina: oculosque ab oriente ad occidentem intendere: ut illic videant quae hic geruntur. neque audire facile. Quod et si sollicitudo exigat: longinquitas negat probationum difficultatem. Unius ergo culpa, discidium patiet orbis romanus. cum etiam sine querelis vicissitudo correctio sit, nulla accusationis invidia. itineris nullo labore. Annuis enim vicibus romani magistratus mutantur. Quo fit. ut nec insolens diu maneat. et moderatior cito succedat. Nichil ergo oberit

quievisse

quieuisse: cũ remediũ desferatur etiam q̃escentibus. Causas aũt belli intexere p̃ıtiosum est. quia belli dura aduersum romanos ultima. Quos si fugere uel cũ superare nõ queas: orbis terrarum tibi relinquendus est. Sed libertatis cupiditatem pretenditis. Sera ista deliberatio. Prius certandum fuit ne amitteretis libertatem: quam ut amissam r̃posceretis. Durus seruitutis usus. Et ideo aut a pñcipio subeunda nõ fuit: aut suscepta eq̃nimiter ferenda. Tunc decuit restitisse: cum ad seruitium uocaremini. Illa iustior pugna. Qui aũt semel se dederit in seruitutem, & si postea subtrahere uelit: nõ ille tanq̃ amator libertatis asseritur: sed tamq̃ seruus contumax adiudicatur. Ubi erat ista libertatis defensio, cum pompeius uñs ingrueret regionibꝫ, urbem dñs intraret? Ubi erant arma p̃ libertate? Cur deposita sunt a patribꝫ uñs? Certe illi fortiores nobis fuere. Uigebant animis. abundabant subsidiis. Cupiebant repugnare. sed exiguam portionem romani exercitus non sustinuere. Uicti sunt: sed reseruati. Agnouerunt iugum seruitutis: ne tolerarent penam captiuitatis. Quid recusatis heredes: q̃d debetis iure successionis? Astringunt uos negotia patrum? Quomodo obedientiam r̃fugitis, tanto inferiores obedientibꝫ? Aut quid nobis reliqui erit: q̃m uos cesarem & omnem ũtutem romanam mouetis? Quomodo potestis sustinere eos, q̃ de omnibus triumpharũt: atq; ab omnibꝫ s̃ militantibꝫ nũc adiuuantur? Et athenienses quidem pro libertate totius grecie incendio patriam t̃diderunt, exilio mutantes domos, ne s̃ xerxes dñaretur. Qui in t̃ris nauigantem, in fluctibꝫ gradientem, cũ eũ nec maria caperent: nec terra sustineret: q̃d europe totius spatia trãsitus eius itineris includeret angustioribꝫ terrarum finibꝫ q̃ exercitus cõmeatu: ita p̃secuti sunt fugientem: ut uix

[interlinear glosses: "s. fuisset" (line 8); "s. athenienses", "i. xersem" (last line)]

[margin: Contra eos q̃ libertatẽ recupare optabant. — Ro — no — Athenienses. xerxes. — x]

una naue fugitans, auxiliique indigens, se subtraheret captiuita
ti. Verum ipsi uiri illi qui totam fregerunt asiam, ipsi exiguam sa
laminam: et innpitantem fluctibus xerxen subigentem maria
in eo ipso quod sibi subiectum putabat elemento, gloriosissime debella
tum fugarunt: nunc romanis seruiunt. et principes totius grecie,
italorum imperiis obtemperant. atque ille athene que leges aliis
dabant: nunc alienis legibus famulantur. Lacedemonii quoque post ter
mophilas et leonide defuncti triumphos: post agesilaum seruato
rem asie: nunc amant dominos suos. Macedonia atque affri
ca que per duos ualidissimos duces, totius orbis imperium in
sua iura et possessionem transfuderant: translatam a se potentiam
non indignantur. tantaque rerum mutatione contente optant propi
tios: quos ad seruitutem petebant. Nec philippi diuitiis mace
dones: nec alexandri excitantur triumphis. quos duces omnium
prudentissimos, non inmerito inuictos arbitrantur. quia alter se
intra gratiam tenuit. alter fugiens arma romana: usque ad
regna caspia et extrema sibi ac te persidis atque indorum secreta, ad
uictor peruenit. Magni nomen optinuit. quia maximos omnium non
lacessiuit. Quem licet immatura mors triumpho romanorum
subtraxerit: seruit tamen et ipse in posteris suis. Quamobrem orientis spo
lia, non ad fulcrum dominationis quesita: sed ad precium seruitutis. ut no
bilitas famulantium ad uictores opes perueniret. Magna uirtus
in alexandro. Quid tamen maior ille usque ad oceanum uictoriam
extendit. romam ultra oceanum. Testis est britannia extra
orbem posita. sed romanorum uirtute in orbem redacta. Que etas
ignorauit superior: didicit romanorum uictoria. Seruiunt et
ipsi: qui quid esset seruitus ignorabant. Soli enim nati et semper sibi libe
ri quia a superiorum potentia interfuso oceani secreti: metuere ro

Lacedemonij. the Spartans

Macedonia.

Affricha.

fulcra proprie dicuntur ornamenta lectorum.

prefert Cesarem Alexandro

britania extra orbem.

·ſ· romanoſ·
potuerant quoſ neſciebant. plus itaq; fuit tũſiſſe ad brittã
noſ: quam triumphaſſe de britannis. Quid faceret ẽ: cleme
·i· mari et terra· britanoſ
tis iam romanorum imperio ſubiectis: Docuit illos oceanus
·i· oceanus
ſeruitutis patientiam. poſtquã tũſfretantibꝫ & ipſe romano
rum nauigiis inſuetam ſ ſeruitutẽ agnouerat. Nam de han — Hanibal.
nibale quid retexam: qui tot regionũ uictor: romanis et ipſe
e
militauit triũphis. qui alpes aparuit. uiam ſtrauit. urbes
ſubegit que uictoribꝫ adquirerentur: Qui frequenter ſupe
rior: ſpem tñ uictorie uictis nũq̃ intercluſit. Semel uictus: re
·i· romanis
parare ſeſe nequiuit. Ceſſit ſponte uictoribꝫ: quoſ uictos ñ ſuſti
nebat. Abiectiſq; armis uictricibꝫ: ad pruſian ſeſe contulit re
gem. ex duce mercennarius. ex triumphatore fugitiuuſ. Venia — galli
mus ad galliarꝫ incolas: pp̃tõs natura feroces. & naturalibus — Cõfineſ galloꝝ.
muris ferociores. Quos ñ cemẽta parietum ſubiuga alpium
ab ortu ſolis tuentur: ab occaſu oceanus includit: a meridie
·i· ꝑcipitia montiſ
ꝑrupta pirenei: a ſeptentrione rehni fluenta: immaniſq;
germania: Inſuperabiles & inacceſſibiles reddidiſſe ſe clauſtro
rum beneficiis eſtimabantur. Romanis tñ ſup nubes uian
tibus: & ultra columpnas herculis imꝑium ꝓpagantibus:
nichil inuium fuit. Tanta facilitate hoſtis & qui latebat
ꝓptus: & q̃ reſiſtebat uictus. Quorꝫ improuiſo aduentu ꝯ — Germani.
ſediſſe monteſ germania credidit. rehnũ exaruiſſe. qui
magnitudine corꝑm & cõtemptu mortis ceteris ualidiores.
q̃ retinaculum añ ſuum rehnũ putabant. nũc ſalutis defenſio
nem. Itaq; iam non ſatis germanorꝫ ꝯpletur: ſed romanorũ
·i· galeis·
liburnis. Qui per errantes totiuſq; ad mare bicornis amni
fluenta quondam liberas gentes ſeruitio premunt. Ut que
añ ſ totius orbis imꝑio preſumpſerant: nũc ſeruitutis ꝓpe

Illirij

mercedem exsoluant. Quid illyrijs erutum uenis terrarum suarum
aurum profuit: quibus non abundant ad libertatis pretium. Quanto
pretiosius ferrum romanorum/tam seruit aurum pannoniorum.
Dat itaque pannonius auri tributum. & opes suas ad romanum
aerarium uolens transfert ut sit tutior in seruitute. Nec incolam

pactolus. flu. lidie. habet harenas ferentes aurum.

suum/auro turbida pactoli unda/extulit in superbiam. Seruit
libenter/quibus seruire imperia uidet. Nec miratur indus gem

Indi et Seres.

mam suam: aut seres lanam suam. ad usum dominorum exercent

Perse.

illa non pretia mercium: sed functionum munia. Persarum audiuimus
superba imperia. sed eorum quoque obsides uidimus. Et cum ipsi imperitent
plurimis nationibus: tamen offerunt liberos suos/& nobilitatem suam
Seruitute romanis. gaudent pro fide patris: simul ut seruiendo discant
suis imperare. Offerunt uestes. monilia. elefantes quoque/romanis

Egyptij.

unum tributum reges imponere. At te xamus egyptum abundan
tem opibus suis. nec indigentem pluuie celestis: que sibi ipsa im
bres generat. & pluuiarum ubertates creat. Denique cum sit feruentior
omnibus regionibus: sola non queritur de siccitate. Et quod nulli alij loco
suppetit: alit irriguo suas messes. Nauigatur in harenis. naui
gatur per sata. ubi pluuia nescitur. Cuius tamen noua gratia & naturalis fecun
ditas/romanis militat. ut quattuor mensibus dominos alat. Quid ipsam
urbem loquar cognomine regis fortissimi: que septa fluminis
muro/nescit obsidionem: cum uniuersorum animum/maximus
diffuso per spatia terrarum alueo: & obsidionis submoueat im
pedimenta. & inuehendis que necessaria sunt ad usum remedia
tior estimabantur. Itaque quorum gentium bella non uiderant: sub-
iugatarum trophea celebrauerant. Sub hoc duce (iterum dico) nero ter-
ribilis erat. nero metuendus. potens foris. domi tutus. equis
.s. fuit
inter se uespasiani fide ac fortitudine. Quantus iste uir, cuius
armis uitia neronis apud exteras gentes abscondebantur: ut
.s. nero
ludibrium rerum humanarum, & curate impunitatis opprobrium,
triumphis quoque illustraretur. Cum preliandum itaque in ultimis
romani orbis esset confiniis: uespasianus ex omnibus eligebatur.

Cum bellum depositum foret: uespasianus pre ceteris socia-
batur. ne uel publicus superesset hostis. uel domesticus obreperet
insidiator. Dignus qui stipendiis (i. militaribus) militis regnum promeruit.
Docebat fidem. preferebat uirtutem. Inuitus misit hunc nero:
qui sibi auferebat presidium. sed artabatur futuris scelerum pe-
nis suorum/ ut se tanto dissociatum comitatu ducis/ inermem re-
linqueret. Numquam profecto galba (a quo interfectus est nero) aspirandi ad imperium
studia usurpauisset: non uespasianum absentem comperisset.
Sed procurauit hoc deus: ut in syriam dirigeretur. uir qui & iudeorum
insolentiam supremo gentis excidio/ captiuitatisque dedecore/ labe-
factaret. & neronem auxilio destitueret. Licet nullius uirtus
statutis afferre possit celestibus impedimentum. Demens (i. nero) tamen
cum iudeorum bello/ afflictam romam exercitus ualidam manum
cognouisset/ aduersus xpianos insurrexit: ut ei debitus finis
appropinquaret. Erant tunc temporis rome petrus [illegible] & pau-
lus doctores xpianorum [illegible] sublimes operibus [illegible] clari ma-
gisterio. qui uirtu[illegible] tute suorum operum neronem ad usum
fererant. cap[illegible]tum magis simonis delinimentis (i. adulationibus): quae sibi
animum eius conciliauerat. Cui adiumentum uictorie/ subiec-
tiones gentium/ uite longeuitatem/ salutis custodiam/ ferialibus (i. demoniacis)
(i. incantationibus) artibus pollicebatur. Atque ille (nero) credebat: qui uim rerum nesciret
examinare. Denique summum apud eum tenebat amicitie locum.
quippe quem etiam presulem sue salutis: uiteque custodem/ arbitra-
batur. Sed ubi petrus/ eius uanitates ac flagitia detexit: & spes
illum rerum mentiri/ non solidum aliquid/ aut uerum efficere de-
monstrauit: ludibrio habitus & digno est consumptus (i. simon) mero-
re. Et quamuis in aliis terrarum partibus petri esset expertus poten-
tiam: tamen preueniens romam/ ausus est iactare/ quod mortuos

Christianos torum

Petrus et Paulus Apostoli.
Simon Magus.
Nota per totum.

Vide Sancti petri eximium Miraculum.

MIRACULUM:

resuscitaret. Defunctus erat idem temporis rome adolescens nobilis propinquus cesaris: Cum uniuersorum dolore admonuere plerique experiendum utrum posset resuscitari. Celeberrimus in his operibus habebatur petrus. sed apud gentiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exegit remedium: peruentum est ad petrum. fuere qui etiam simonem arcessiendum putarent. Utrique affuerunt. Ait petrus simoni qui se de sua iactaret potentia. potes sese presentes dare ut si posset mortuum resuscitaret. Si ille non resuscitaret se non defuturum: ut christus opem ferret defuncto: qui posset resurgere. Simon qui putaret apud urbem gentilium plurimum suas ualituras artes: conditionem proposuit. ut si ipse resuscitasset mortuum: petrus occideretur. qui magicam potentiam (sic enim appellabat) lacessendo: iniurias irrogauisset. Sin uero preualuisset petrus: in simonem pari genere uindicaretur. Adquieuit petrus. Adorsus est simon. accessit ad lectulum defuncti. Incantare atque inmurmurare dira carmina ut cepit: uisus est agitare caput qui mortuus erat. Clamor ingens [s. exortus est.] gentilium quod iam uiueret. quod loqueretur cum simone. Ira [s. exoritur] & indignatio in petrum. quod ausus esset conferre se tante potestati. Sanctus apostolus poposcit silentium & ait. Si uiuit defunctus: loquatur. Si resuscitatus est: surgat. ambulet. fabuletur. fantasma illud esse non ueritatem: quod uideatur caput mouisse. Denique separetur inquit a lectulo simon. & tunc ne id quidem ostentum futurum. Abducitur simon a lectulo. manet sine spetie motus alicuius qui mortuus erat. Astitit petrus longius. & intra se orationi paulisper intentus: cum magna uoce ait Adolescens: surge. sanet te dominus ihesus christus. Et statim surrexit adolescens. & locutus est. & ambulauit. & cibum sumpsit. & dedit eum petrus matri sue. Qui cum rogaretur

ut ab eo non

ut ab eo nō discederet, ait. Non derelinquetur ab eo qui illum fe
cit resurgere. cui nos serui sumus. Secura esto mater de filio. nō
uerearis. habet custodem suum. Et cū pp̄ls in simonem insurgeret
ut lapidaretur: ait petrus. Satis est ad penam eius q̄d cognoscit
suas artes nichil ualere. Viuat & xp̄i regnum crescere uideat,
ut inuit⁹. Torquebatur magus ap̄li gl'a. Collegit sese atq; omnē
excitans carminū suoꝝ potentiam: cōgregat pp̄lm. offensum se
dicit a galileis. relicturum se urbem. q̄ tueri soleret. Diem sta
tuit. pollicetur uolatum q° superius sedibꝫ inueheretur. cui q̄n uel
let celum pateret. Conscendit statuto die mōtem capitolinum.
ac se de rupe deiciens uolare cepit. Mirari pp̄ls, (ſ. cepit) & uenerari. ple
riq; dicentes dei ēē potentiam: non hominē; q̄ cum corpore uoli
tauerit. Nichil tale fecisse xp̄m. Tūc petrus in medio stans ait.
Ihū dn̄e, ostende ei uanas artes suas esse. ne hac specie pp̄ls iste q̄
crediturus est, decipiatur. Decidat dn̄e: sic tñ ut nichil se potuisse
uiuens recognoscat. Et statim in uoce petri implicatis remigiis
alarum q̄s sumpserat: corruit. nec exanimatus est: sed fracto de
bilitatus crure, ariciam cōcessit. atq; ibi mortuus est. Quo cōperto:
deceptum se nero & destitutum dolens, tanti casu amici: sublatū
q; s[ibi] uirum utilem, & necessarium rei. p̄. indignatus: quęrere ce
pit causas quibꝫ petrum occideret. Et iam tempus aderat: q° sci
uocarentur ap̄li petrus & paulus. Deniq; dato ut comprehenderentur
p̄cepto: rogabatur petrus ut sese alio cōferret. Resistebat ille dicēs
nequaq̄ se facturum, ut tanq° metu mortis territus cederet. Bo
num esse p xp̄o pati. qui pro omnibꝫ se morti optulisset. Non mor
tem illam, sed inmortalitatem futuram. Quam indignum ut ipse
fugeret passionem sui corporis: qui multos doctrina sua cōpule
rit, hostias se pro xp̄o offerre. Deberi s[ibi] sc'dm dn̄i uocem. ut & ipse

Simō magus corru-
-ens moritur.

in passione sua, xpo gloriam atq; honorem daret. hec & alia pe

l. bat — lamentans

trus obtexere. sed plebs latinis querens, rogabat: ne se relinque

ret. & fluctuantem int' procellas gentilium destitueret. Victe

fletib; petrus cessit. & pmisit se urbem egressurum. Proxima

nocte salutatis fratrib; & celebrata oratione, pfectus solus cepit.

Vbi uentum ad portam: uidet s' xpm occurrere. & adorans

eum dixit. Dne quo uadis? Dicit ei xpus. Iterum uenio cruci

figi. Intellexit petrus de sua dictum passione, qd in eo xpus pas

surus uideretur. q̄ patitur in singulis: nō utiq; corporis dolore:

sed quadam misericordie conpassione. aut glorie celebritate & co

Petrus & paulus Apli moriuntur.

uersus in urbem redit. captusq; a psecutorib; cruci adiudicatus.

poposcit ut inuersis uestigiis cruci affigeretur. qd indignus eet

qui simili modo crucifigeretur: ut passus est dei filius. Quo impe

trato: uł quia ita debebatur ut xpus predixerat: uł quia psecu

tor ñ inuitus indulget penarum incrementa: & ipse & paulus

Redit ad historia.

alter cruce. alter gladio necati sunt. Sed ut ad ppositum redea

mus: turbatus graui nuncio nero: rebus in iudea minus pros

pere gestis: uespasianum expertum belli uirum, omni militie q̄

Vespasianus. Titus.

in syria erat pfecit. Ille prospere (neq; ē differendi tempus da

batur) misso alexandriam filio tito, ut inde militum q̄ ptende

bant ptem aliq̄ deduceret: ipse transmisso ellesponciato freto: pe

l. itinere pedestri

des in syriam contendit. Interea iudei rebus elati secundis:

pncipes militie bello legunt. distribuunt loca, quib; quisq; pre

l. officia

esset. que munia singli. quos ordines. quid muneris exequeren

Iosephus, Ananus ierosolimis pferti.

tur. Iosephum gorione genitum, & ananum principem sacer

dotum, ierosolimitane urbis negociis, & precipue instauran

Eleazarus sume rex pficitur.

dis muris preficiunt. Ardebat eleazarus simonis aliquid

s' publicorum comitti munerum. Et licet omnem predam

q̃ de romano exitu ceperant, sub potestatem suam redegisset:
ditem p̄sertim atq; opimā: auaritie gestu atq; inmodicis ra
pinis coaceruatam: tū parande magis s. potentie intentum,
q̃ cōmunum usui ppriorem arbitrati: declinandum estimauere.
Sed paulatim ambiendo singulos: dando, & largiendo effecit:
ut rerū oīum sūma, eius arbitrio cōmitteretur. Idumeam q̃
yhūs un9 de sacerdotibz, & eleazarus sacerdotis filius militie p̄po
siti: tuendam receperunt. principi tū totius idumee nigero, de su
mis rebus prerogatiuam omnem reseruantes. Iosepho simonis
iericho obuenit. Mannassi ea regio cōmissa transeufraten sita,
cui ab eo inditum nomen, q̃d eufrates ad eam ptem pgentibz tūsmit
teretur. Iohs essęus. alius quoq; iohs ananie filius. ceteriq; diuersis
attributi partibz: q̃si sua tuerentur sollicitudine. Itaq; singuli cō
missa s. (.i. officia) munia nō deserere (.i. bant) instruere (.i. bant) muros. manū legere (bant) bellatoriā.
Ex quibz iosephus in galileam descendens: munire (.s. cepit) castella. instau
rare ppugnacula. ualidissimos quosq; & belli ptitissimos adscisce
re s. impigre curabat. regiones phibere latrociniis. pretendere coti
die in castris militem. romane militie more exercitare. diuidere
ordines. distribuere. centuriones plurimos p̄ficere: quo facili9
disciplina ab omībz exigeretur. ne quisq̃ lateret quicumq; mu
nia ppria dereliquisset. Instituebat etiam ut agnoscerent excitatio
nes tubarū. & repressiones. sequerentur ordinez. aciem dirige
rent. clipeos intexerent. ut murali uice, si forte magna hostium
uis ingrueret: sese aduersum incursantes defensarent. Subue
nire laborantibz. fessis cōpati. pericula alioz in se tūsfundere. Nec
solum belli artes ad instar romane militie docere. sed etiam
añ bellum que amplius bellantes iuuarent denūtiare. ut mi
les cibum s. & arma portaret. uallo & fossa sese muniret. castrisq;

Iesus sacerdos. & Eleazar filius sacerdotis. p̄fecti Idumee.
Nigrus superiorib; p̄ficitur.
Iosepho Simonis Jerico obuenit.
Manassi regio trās Eufratem.
Iohes esseus & Iohes ananie: diuisis ptibus p̄ficiuntur.

Josephus galilee p̄fect9 milites īstruit.

Nota p re militari.

ponendis preueniret hostem. obtemparet preceptis. furto ac ra-
pinis abstinere assuesceret. lucrum proprium putaret, si nichil dis-
pendii ruralibus cultoribus irrogaretur. Quid enim distet ab hostibus
qui ipse hostili more auferat: nisi quod grauius est sua quam aliena incessere: et
[bona conscientia] socios quam aduersarios dispoliare? Plurimum in bello ualere bonam conscien-
tiam. eo quod amplius de diuino auxilio presumeret: qui se nulli affinem
criminis recognosceret. Sed his rebus titulis sed apud improbos expertus
est nocuisse inuidiam: quam apud bonos profuisse gratiam. Nam cum ad sexa-
ginta milia peditum, paucissimos equitum congregauisset: eos non
qui mercede bella tractarent ad quattuor milia uiros: sescentos quoque
electos custodes sui corporis: tanta a iudeis pertulit: ut plus ante bel-
lum a suis, quam in ipso bello a romanis perhorresceret. Omitto quod se-
[i. s. fuit in iosephum]
ditionis excitatum, quia latrocinio erepta, reddere his qui amiserant
suspectabatur. ac maxime agrippe ac beronice quibus redibenda
iuste forent, ne regem facerent infestiorem. Et tamen ille, quo populi
molliret impetum: ad constructionem potius murorum, quam ad dominorum
indempnitatem, seruatam pecuniam, omniaque illa aiebat, que erepta
ptolomeo forent. qui regium aurum. uestes. ceteraque munera por-
[nomen ciuitatis est]
tauisset. Estimare debere taricheatas, apud eos enim res gerebatur, Utrum
id instaurationi suorum murorum reseruandum putarent: an diripien-
[i. pro id]
dum latronibus deprimeretur. Indignum certe uideri, ut eo penam
exciperet: quia melius consuluisset. Itaque conuersis illis in sui gratiam:
inuidiam simul et periculum euasit. Iterum cum gratia regis agrippe ti-
berias societatemque deposceret: preripiens se iosephus de memorata
urbe taricheatium clausit portas. ne quis nuntius ad urbem tyberia-
[Stratogema - Nota] dem pergeret. et de eo iosepho auxilia militaria significaret. Ipse
autem congregauit de lacu nauigia piscatoria, que in tempore potuit
inuestigare. et tyberiadem remigiis petiit. Sed ubi ad eum locum

uenit/ in quo conspicua quidem in urbe positis/ foret species nauigio-
rum: deprehendi tamen nequiret utrum essent uacua an piratorum: iussit ea dis-
pergi per totum spatium lacus. ut maior numerus estimaretur. ne quisquam
uacua potius/ quam referta bellatoribus estimaret. Quo territi/ quod ad
usus tantam multitudinem infirmos sese arbitrarentur: proiecere
arma. portisque reseratis effudere se supplices iosepho. qui ueluti dux
agminis militaris propius accesserat: Quesitum/ qua tandem ue-
sania/ discessionem animis indidissent. quibus auctoribus impulsi/ se-
se aduersariis dedituri forent. Et simul occurrentes sibi/ iubebat guber-
natoribus taricheas deducerent. atque illic sexcentos ferme curiales/
plerosque de plebe/ in uincla rapit. Clitum quoque eius facinoris ar-
cessitum principem/ manibus amputatis penas luere iubet. atque
illo rogante ut una saltem sibi manus relinqueretur: precepit iose-
phus ut ipse sibi quam uellet demeret. Tum ille arripiens dextera gladium:
leuam abscidit. Ita recepta tyberias est. Sed etiam sefforis temptata disces-
sione. iosephi tamen uiuacitate/ inter urbes iudeorum socias/ retine-
batur. Tranquillioribus enim consiliis sua defendere: quam aliena incursare
malebat. At uero perates niger. et babilonius silas. et iohannes esseus. omne
quod erat in iudea plebis ualide congregantes: ascalonem petunt. am-
plam quidem et muris submixam ualidis urbem. sed opis subsidiique
indigam. que septingentis et uiginti stadiis ab ierosolimitana ur-
be discernebatur et odiis ingentibus. Propterea iudei inimicam sibi ur-
bem diruere cupientes: collecta manu inuolauere. Preerat ur-
bi antonius/ minore numero romani exercitus: quam resisti posse
de iudeis estimaretur. Sed uir actioris consilii/ et exequio pru-
dens bellator: diffusos/ et numero magis quam uirtute fidentes: edoc-
tis equitibus tamen sine ad urbem sinit. Deinde incursat progressos. fati-
gat sequentes. confertos dissipat. turbatos fugat. totoque campo

Clitus sibi ipse manum amputat.

Ascalon ciuitas.

Antonii Virtute nota

insectatur palantes. Alii uersa uice urgentur ad muros. intercelusa fuge copia. alii diuersa petunt sed circumuenti ab equitibus obtruncantur. Multi supra se ruunt et se inuicem impetu suo sternunt.

x. Iudeorum cum Iohanne et Sila ducibus ab Antonio extincta.

Ita usque ad uesperum cesi amisere ex suis decem milia uirorum. Iohanne et Sila ducibus pariter extinctis. Pauci autem romanorum eo uulnerati prelio. Nec tamen repressa est iudeorum temeritas: sed intenditur. Nam dolor audatiam accendit. et labes resistendi cupidinem. Armantur itaque maiore longe furore. nec dum sauciorum sanatis uulneribus et congregatis pluribus quam uice priore irruunt. Sed eos dispositis insidiis exceptos priusquam per [i. ad] manus uenirent: clausit circumfuso equitatu antonius et circumuentos precepit sterni.

viiii. Iudeorum iterum cesa.

Cesa iterum nouem milia. reliqui fugati.

Niger euadit.

Niger ipse elapsus in munimentum se contulit. Turris erat septa undique ualido saxo quam romani quia excidere non poterant: appositis ignibus circumdedere flamma intensa: in speleum [i. speluncam] quoddam de turre transgressus hostem latuit: ignem euasit. romanisque securis quod ipse simul incendio consumptus foret: post [est] tertium diem querentibus suis corpus eius ad sepulturam: uiuus et uigens redditur [i. ostenditur]. atque ita cum magno gaudio iudeis seruatus ex hoste representatur.

Vespasianus.

Vespasianus interea superato hellesponto bithiniam ciliciamque transmittens: ubi syriam attigit: legiones ceterasque militares copias quas in ea repperit: antiochiam deduxit.

Antiochia prima urbs Sirie.

Vrbs ea syrie sine retractione prima ideoque metropolis habetur. condita ab his qui alexandro magno bellanti adhesere. conditoris sui nuncupata uocabulo.

De situ Antiochie.

Situs urbis porrecta in immensum longitudine in lato angustior: quia prerupto montis cliua artatur. ut extendi ulterius metande urbis spatia nequirent. Necessitas locum signauit.

q̄a p̄ occulta & deuia irrūpentib; parthis/ monſ celſior
latibulum daret. ex quo ſe inopinato aduentu/ & promtio
re impetu/ in imp̄atam ſyriam effunderent: n̄ ciuitaſ mōti/
uelud clauſtrum obiaceret. exituſq; obſtrueret aduenien
tib; ut ſi quiſ barbaroꝝ aſcenderet: ſtatim e medio urbis
ſinu p̄ſpectaretur. Denique ferunt cū ludi ſcenici in ea urbe
celebrarentur: quendam auctorem mimoꝝ/ eleuatis oculiſ
ad montem: p̄ſas uidiſſe aduenientes. & dixiſſe continuo. Aut
ſompniū uideo. aut magnū periculum. Ecce p̄ſe. Ita mons
urbi preminet: ut nec theatri altitudo ad proſpiciendum mō
te impedimento ſit. Fluuius eam medius interſecat. q̄a ſolis
ortu oriens: nō longe ab urbe in mare conditur. quem de orig̃e
niſ ſue tractu/ orientem ueteres appellauere. ut uulgo putet̃
locis nomen dediſſe/ cum inde acceperit. Cui⁹ fluentis ip̄o impetu
frigidioribus/ & zephiris aſſiduo p̄ ea locoꝝ ſpirantib;: tota ci
uitaſ momentis p̄pe omnib; refrigeratur. ut orientiſ in p̄tibus/
orientem abſconderit. Intus dulces aque. foris finitimū
nem⁹ intextum cipreſſis. crebri fontes/ atq; uberes: dafnen
uocant/ q̄d nūq̄ deponat uiriditatem. frequens & letior p̄p̄ls
ut pleraq; orientis. facetior p̄pe omnib;: ſed p̄rior laſciuie. Urbs
tertio loco an̄ ex omnib; que in orbe romano ſunt ciuitatib;
eſtimata. nūc q̄rto. p̄q̄ conſtantinopolis extreuit ciuitas
bizanticoꝝ. p̄ſaꝝ quondam capt̄ (·i· anthiochia). nc̄ repulſoriū. De ſitu ur
bis ſatis dictum puto. Neq; ē deſcriben cuiſ edificiis im
morandum uidetur. Cui⁹ a tergo cū orientem dixerim: ſa
tis liquet a leua meridiem iacere. a fronte europam occur
rere. in dextera ſeptentrionales gentes degere. caſpiaq; reg
na haberi: que ante promptiſſima ad incurſandam ſyriā

·No·

Vn̄ putat' dici oriens.

Antiochia exiſtimabat' ·iiij· urbs inter omeſ ciuitaſ romaniſ potentior.

x

erant. Sed postq̃ alexander magnus caspiam portam tauri mon-
tis prupto imposuit, atque omne interioribz gentibz interclusit iter:
memoratam urbem q̃etam reddidit. ñ forte motus psitos suspec-
Vespasianus i Antiochia cũ Agrippa Rege coniungit.
tantem. In ea urbe q̃etam agrippa rex cũ omni uirtute (s. militari) sua, expec-
tabat uespasianum aduenientem. Nec diutius moranti co-
mitatu adhesit. Coniuncto itinere: ptolomaidem petere cepe-
Sephorite.
rũt. Ad eam urbem occurrẽ inhabitantes sefforim. patern-
tum cesennio gallo iam dudum initam: firmari a uespasiano
petentes. Quorum laudata prudentia, qd saluti pprie cõsuluerit
ñ lacessendo romanos, atque accepta fide, & in amicitiam recepit eos.
& additis peditum equestribusque auxiliis, fouit securitate. ne
forte destitutionis cõmoti dolore, insurgerent in eos belli excita-
tores. tum uelud claustrum quoddam iudee, sefforitanis sese ro-
mano imperio offerentibus resolueretur: ut in eam puiũ iter hos-
ti pateret. que ad custodiam totius gentis, oportuno quodam
in hostem obiectu, occurreret. Erat ẽ preter oportunitatẽ loci,
munitioris urbis galilee maxima. Que res admonuit, ut cũ
due sint galilee, una superior, altera inferior, cõnexe & cõiuncte
sibi: alteram ab altera distinguamus. sed prius de utraque dicen-
Descriptio situs utriusque galilee.
dum. Utreque galilee syria & fenice adherent. disterminantque
eam a solis occasu ptolomeis territorii sui finibz. & mons carme-
lis q̃ erat aut galileis. nũc ũ tyriorum finibz assotiatus. Cui conec-
titur gabaa ciuitas. que quondam iudeis causa grauis exitii
fuit. Ab oriente eam ippene & gadara, suis finibz resecant. Ea-
dem aut & gaula incidit regioni, & regno agrippe, cõfinia pre-
scripta ueteri euo fuere. A meridiano latere scitopolis, & samaria,
fines utraque excipiunt regionibz. nec ultra fluenta iordanis pati-
tur extendi. Septentrionalia eius a dextro latere tyrus claudit.

omnisque regio tyriorum: cuius obiectu galilee spacia definiuntur.
Ipse autem inter se hoc distinguntur modo. utique inferior galilea dicitur
ab urbe tyberiade, usque ad urbem cui nomen zabulon, sita mari-
tima ptolomaidis, extenta longitudine diffunditur. Latitu-
do autem eius a uico xaloth qui est in campo maximo: usque ad
bersabee haud dubie deducitur. Unde etiam superiori galilee
capitur exordium, quo ad uici bacade fines attingat. Ipso autem
uico, etiam tyrie terre fines determinantur. Longitudinis
quoque eius initium uicus est thalla. finis est rothalla, iordani fi-
nitimus. Hinc intelligi datur, quantum se purgant spacia gali-
lee superioris: cuius initium iordanis est. ut eius confinia. Hac quoque
sue magnitudinis estimatione, utraque galilea distinguitur. Ter-
ra autem pinguis. herbosa. diuerso culture genere nitens. dis-
tincta arboribus: ut quemuis alliciat ad sui gratiam. et fugita-
tem laboris, ad studia culture inuitet atque excitet. Denique
nulla illic uel exigua terre portio uacat. frequentatur pleris-
que inhabitantibus. Crebre urbes. uici frequentes. multitudo
hominum innumerabilis. ut exiguus uicus in suo tractu ha-
beat quindecim milia inhabitantium. Circumfusis quoque nationibus
alienigenis utraque galilea circumdatur. et ideo genus hominum
bellicosissimum: a prima etate exercitium preliaribus temptamentis. abun-
dans numero. audacia promptum. atque ad omnes belli artes paratum.
Prestat tamen magnitudine perea regio: que unde uocabulum ac-
ceperit supra diximus. Maior hec, sed utilior galilea, quia tota exerce-
tur. nec ulla pars eius fructibus infecunda est. Sed uniuersa ter-
ra eius opima ac ferax. Perea autem diffusior. sed ex maiore
parte deserta. ac rigida. que mansuescere arando nesciat nisi
asperioris facilis sucos domare. Sed rursus portio eius mollis

Descriptio inferioris galilee.

galilea superior.

porrigant

De fertilitate et cultu terre galilee.

No.

ad cultum fertilis ad uſum grata ad aſpectum mitis
ad exercitium. inſitiuis utilis pomis. omnia ferens. ut cam
poſ eius diſtincte in fronte pretexant arbores. in medio ue
nuſtent. & plerumq; a nimio ſole uel frigore defendant ſa
ta. maximeq; olea ueſtitus ager. aut uitibus intextus. aut
palmis inſignitus. Inenarrabile quanto decori ſit: cum uento
impulſi palmarum ordines concrepant. & ſuauiores ſolito fun
duntur dactilorum odores. Nec mirum ſi omnis illic gratia
uiriditatis eſt: ubi amenis fluuiorum meatibus ex ſuperiore de
currentium iugo montium ſuperfuſus ager rigatur. & riuis
fontibus ſcatens poſſideatur: cum inuidia deſideretur cum gratia.
Longitudo eius a macherunte uſq; pellam. id eſt a meri
diano in ſeptemtentrionem. Latitudo autem a filadelphia
uſq; ad flumen iordanem. hoc eſt ab ortu ſolis urbe arabie
pretexitur. in occaſu autem uſq; ad iordanem fluuium exten
di manifeſtatur.

Samaritanorum Regio.

Samaritana quoque regio inter iudeam
atq; galileam media iacet: incipiens a uico cui nomen
eleas: deficiens in terra atrabattenorum. natura conſimili
nec ullo differens a iudea. Utraq; eſt montuoſa atq; cam
peſtris eſt pro locorum diuerſitate. neq; tota campis diffundi
tur. neq; in locis omnibus montium rupibus ſcinditur.
ſed utriuſq; qualitatis habet gratiam. Ad exercitium culture ſo
lubilis terra & mollior. eoq; frumentis utilis. & propterea
fertilitatem ſoli nulli ſecunda. maturitate certe fructuum pri

Regio Samarie fecundiſſima.

or omnibus. Nam cum adhuc alibi ſerantur frumenta: iſtic
metuntur. Species quoque atq; ipſa frumenti natura haud uſquam
preſtantior habetur. Aqua dulcis. decora ad ſpeciem. ſua
uiſq; ad potum ut ſecundum elementorum gratiam eſt inmanierunt in

dei eam promissam patribus terram: fluentem lac et mel. cum
spoponderit illis resurrectionis prerogatiuam. Et utrumque qui
dem diuina pietas contulerat, si seruassent fidem. sed infidelibus
animis utrumque ereptum: hinc iugo captiuitatis. illinc uincu
lo peccati. Nemorosa regio. et ideo diues pecoris. et abundans
lactis. Denique nusquam sic lacte distenta pecus ubera gerit. Poma
siluestria. ut insitiua. fert omnium regionum copias. Referta autem
utraque, ut samaria, ut iudea, hominum multitudine. ut ni iudeatur
hinc illud interpretati iudei, quod scriptum est: quia nulla erit locus ste
rilis et infecunda. cum lex demeritorum fecunditate prescripserit:
et uirtutum fertilitate. Principium samarie, de arabie finibus, Describit longitudinem et
a uico cui nomen iordan: finis ad aquilonem uico borceo. La latitudinem Samarie
titudo autem iudee, a fluuio iordane usque ioppen. Incipit et a fon regionis et Judee.
tibus iordanis: et a monte libano. et usque ad tiberiadis lacum dila
tatur. A uico quoque aracha initium longitudinis eius. que usque ad ui
cum extenditur iuliadem: in quo iudeorum pariter ac tyriorum com
munis habitatio. In medio autem iudee, ciuitas ierosolima, quasi umbi
licus regionis totius, ut prudentibus placuit: nuncupatur. abun
dans regio mediterraneis copiis. nec fraudata maritimis. quia
pretendit usque ad ptolomaidem. et totum illud mare pretexit litto
ribus suis. Multe urbes: sed inter omnes ierosolima eminet. ita ut
quasi caput in corpore, non obumbret sua membra, sed regat atque eis
tuitioni sit, et pulcritudini. De iudea atque itaque et finitimis
regionibus, opportuno licet compendio: ea que significandam fuerant
non pretermisimus. Sefforitanis quoque tributa subsidia militaria: regiones Redit ad historiam.
finitimas incursabant. auctoritatem latrocinandi liberam,
sub belli speciem uendicantes, quod imperio romano a iudeis infe
rebatur. Vnde iosephus, excepte acerbitatis iniuriam, ulcisci Josephus in Seforitanos irruit.

gestiens: irruere in urbem sefforim, sociato sibi plurimorum numero
contendit. ut eos aut reuocaret in societatem iudee. aut resisten
tes suppremo si posset excidio labefactaret. Sed utriusque conatus
effectu excidit. quia nec dissuadere potuit romane coniunctionis
electionem. nec urbem euertere. quam ipse talibus munimentis fir
mauerat: ut a romanis quoque longe prestantioribus expugnari
nequiret. Cecinit itaque classicum. temptata irruptio sine ullo profectu.
atque in totam regionem bellum excitauit. Vastebant omnia, die
noctuque exurentes edificia. diripientes patrimonia. perimentes
quoscumque bello habiles comprehendissent. infirmos seruituti sibi
tientes. Repleta erat galilea omnis incendio. sanguine. latrocinio.
nullius immunis miserie. & deformis rerum omnium specie. cum
si quid igni aut neci superfuisset: captiuitati reseruaretur. Cum
malis, illa que paulo ante acerbiora estimata sunt: preferebant.
Sed hec plus sic quedam belli facta: antequam titus ueniret. Qui simul
ex achaia alexandriam transmisit: productis militibus secundum
mandatum patris: ad urbem occurrit ptolomaidem. ibique con
nexis ordinibus: quinto & decimo addito etiam quinto decimo qui
erat precellentissimi: congregatoque ut romanorum ut sociorum exerci
tu: atrox & memorabile bellum ceptarunt. Nam in primis
initiis, placido duci, prospere gestis secunda in aduersum ces
sere: profectus infensior uespasianus cum filio, de ptolomaidis
finibus in galileam sese inmersit. Cognitoque quod pacem abnue
rent: quibus obtulerat condempnande discessionis copiam si
consulendum putarent. gadaram funditus euertit. uacuam
bellatoribus offendens. quod omnes ualidiores, diffidentes infir
mis munimentis: ad munitiora sese contulerant. Receptis itaque
non pepercit. sed omnes necari iussit: nulla etatis contemplatione,

Gadara euertit.

nulla infirmitatis miſericordia. qđ non tam iure belli q̄ caſtra
ne pugne dolore: & effuſis in iudeos odiis: exequebatur. Dem
q; n̄ ſolum urbem, ſed etiā uicos & municipia, exuri precepit.
Nec iniuſta erat commotio. q̄a post tantam inſolentiam, emēdan
di erroris facultatē dederat. nec obtemperatum. Tranſierat ex
ea urbe ioſephus in tyberiadem: priuſquam romanus exercitus
appropinquaret. Sed plus formidinis ex fuga, q̄ fiducie dederat ex pſentia.
hoc ipſo ē territi ſunt, qđ bello aduſus romanos gerendo, imparem
ſe ioſephus arbitrabatur. Neq; uero aliunde pſumpſit, n̄ forte iu
dei ſtudia belli deponerent. Ea erat illi potior ſententia: ſi bellum
eligerent malle ſe ſubeundo periculo fidem ciuib;, q̄ declinando
proditorem uideri. Nichil enī magis cauere: q̄ nec commiſſum ipſum ſibi
honorem militie, turparet. Itaq; ſcribit ad urbem ieroſolimam bellū
incubuiſſe. properq; reſcriberent: pacem an preliū mallent. conſulēdū
mature. hec ſtrictim ſignificauit. nichil propenſe in alteram partem:
ne aut bellator meticuloſus, aut pertinax rebellis iudicaretur. Rur
ſus de urbe tyberiade, iotapatam petit. ſiue qđ munitior ceteris   iotapata.
eſſet: & propterea in eam plurimi ſe contuliſſent bello promptiores.
ſiue qđ eo ueſpaſianus pleroſq; ex ſuis direxerat qui munirent
iter. qđ per montes difficile, ſaxoſumq;, aſperum peditib;: equitibus
aūt inuium, atq; inſuperabile foret. Demq; dieb; q̄tuor (ne anguſ
tie officerent) reſerata ſunt uiarum ſtrata. compoſitum iter, quo faci
lius omnis exercitus tranſmitteretur. Quinto die tranſiuit eo ioſephus.
deiectoſq; iudeorum animos erexit. Veſpaſiano q; ubi factum indiciū (.ſ. fuit)
eo ioſephum commeaſſe: incentiuum celerandi itineris acceſſit.
qđ conficiendi belli compendium putaret: ſi dux & preſtes bello promp
tior, interciperetur. Aduenit itaq; cū exercitu. & primo die curandis
tibo militib; (ne ex itinere fatigatos) cura belli inteſſeret: tempus

De obſidione & expugnatione iotapate.

dedit. ſequenti die duplici acie uallauit urbem. & tertio e-
queſtri ordine. Quod uidentes iudei incluſos ſe & obſeſſos un-
dique: nec ullum effugii locum: in ipsa deſperatione audaciam ſump-
ſere. Nulla enim res promptiorem bello militem reddit: quam
neceſſitas preliandi. & preruptum periculum. Vrgebat ueſpa-
ſianus iaculis. urgebat ſagittis. miſſilibus quoque plurimum iu-
deorum ultra muros progreſſi deſtinata feriendi arte uulnerabantur.
manebant tamen impauidi. Temptabat omnia uirtus romana.
& maxime ubi infirmiora aduerterat murorum ſubſidia: illic
maiore incumbebat manu. Pudor hos illos armabant ſpes ulti-
me: ferro aperire uiam ſalutis deſiderantes. Grauia tolera-
bant iudei. nec minora referebant temptamenta audatie.
Pericia a romanis cum uirtute: furor a iudeis cum temeritate
certabat. feſſis itaque toto die illis pro ſalute, iſtis pro triumpho
dimicantibus: nox prelium ſoluit. Sequenti quoque die, & tertio,
quarto ſimiliter, & quinto: preliatum acriter. Sed ut ſolet fieri
in talibus preliis: plura uulnera quam neces inferebantur. licet
ſepe & excurſus a iudeis: & a iudeis, & a romanis temptarentur
irruptiones: quos in iram accendebat pudor. eo quod uictores
hannibalis & antiochi, omniumque gentium: iudaicis preliis
immorabantur. Tanta erat romane uirtutis conſcientia: ut non
cito uincere. pars uicti eſtimaretur. Sed aduerſus naturam
magis erant illis, quam in hoſtem certamina. Nam ciuitas pre-
ruptis undique ipſe erat incluſa rupibus. non uallo & foſſa
ut alie urbes: ſed profundis erat circumuallata precipiciis.
que nec uiſus hominum comprehenderet. nec uiſus inueſtiga-
ret. & horror ſollicitius intuentem: magis magiſque inuol-
ueret. Tantum ab aquilone in defectu montis, unus ad

accessus, arduo tamen ascensu patebat. quem iosephus muro inter
clusit. propugnatoribus sepsit. ut inter murum inferiorem et ur
bem superiorem, periculosa irruptio fieret obsidentibus et intu
enti inestimabilis esset cognitio superiorum. Ciuitas est ipsa, in mon
tis supercilio sita: circuitu finitimorum montium, uelut quodam
naturali uallo circumdatur. septo genitali abscondita. ut nemo
prius illic urbem esse intelligat: quam in ipsam urbem fuerit in
gressus. Vespasianus cum uincere naturam nequiret: eam
sibi ipse in adiumentum accessiuit. ut obsidione diuturna, propinquo
piam potius et cibi, cogeret obsessos ad deditionem. Sed frumenti
copia multo ante congesta: propulsabat periculum famis. Aque
erat difficultas maxima. quia neque ullus in urbe fons. et solemnis
siccitas, raris per ea locorum imbribus, bibendi subsidium attenua
uerat. Ductus omnes aquarum [s. romani] obstruxerant: ne in urbem mea
rent. Augebat [s. aquarum] inopia auiditatem. repugnabat natura. Com
mentum iosephus detulit. ut infusas [s. aqua] uestes muro suspende
rent. quo paulatim rorantibus aquis, crederetur illis non deesse [i. frustrati]
ad potum: quod abundaret ad lauatrum uestimentorum. Deiectus [s. commento]
eo uespasianus rursus ad expugnandum urbem accenditur.
atque omnem exercitum circa congregat. machinis murum
quatit. pulsabat aries. Nomen hoc speciei [s. similitudo] dedit. eo quod ua
lide ac nodose arboris caput ferro uestitur. eoque ut frons a
rietis pretexitur. que obductis laminis turgescit. et promi
net. E medio eius quasi cornu prodit ferri solidioris. Magnitu
do eius arboris, in modum mali naualis: quem non uentorum pro
cella, non uelorum sinus flectant. Ea [i. arbor] suspensa funibus ad superiora:
atque robustis arborum nexis: multorum manu ualida, in murum
impellebatur. Deinde retrorsum ducta, atque instatere modum

Descriptio Arietis quo muri quatiuntur.

· ARIES ·

Remediū ꝯ ictū Arietiſ.

Lege fortitudinē Eleazarj. emisit

ſuſtentata retinaculis: maiore impetu deſtinabatur. ut crebris ic
tibus fatigatum, muri latus cederet. cauatumq; irrupturis feneſ
tram daret. q̄ romanis hoſtibꝫ uia in interiora urbis pateret. Pri
mo ḡ ictu murus concuſſus eſt: contremuitq; omniſ. Clamor
i. ſ. exoritur
ilico uniuerſoꝝ, q̄i expugnata urbe, trepidantium ne repperiſſ,
murus fatiſceret. Sed ioſephus, ſaccos paleis repletos in eum di
mitti locum precepit: in quem aries a romaniſ intorquebatur.
ut laxo ſaccorum ſinu, luſa plaga oīs arietis emollitur. Illiſa.
ē ſolidis ſolida nocent. ſolutioribꝫ euacuantur. Denique facilius ſo
lidiora mollioribꝫ cedunt: q̄ molliora ſolidioribꝫ. Nam & aque
alluuione ſcopuli ſoluuntur. nec ruina rupis ullum eſt damp
num aquaꝝ. & iactis in freta molibꝫ: aq̄ ſuos uſus reſeruat.
i. uſus
ſed petra inter undas ſeruare ſuoſ neſcit. harenam quoq; mar
moris ruina non frangit. & marmor harene ruina cōminuit.
Retulerunt tn̄ etiā romani quo cōmenta refellerent iudeorū
i. haſtis — ligatas
contiſ falces ligantes: quibꝫ dimiſſos inciderent ſaccos. quo ua
cuati paleis, euitare arietis ictum nequirent. Reparato itaq; im
pulſu machine, cum ſe iudei urgeri uiderent: uniuſ ex his eleaza
rus, ingentiſ magnitudinis ſaxum eleuans: de muro ſup arieteꝫ
eliſit tanta ui: ut cōminueret capt machinamenti. Exiliens q;
in medium hoſtium: rapuit illud. atq; in murū ferebat intre
pidus: in conſpectu aduſariorum. & patens uulneri. Denique
iaculis quinque figitur. Sed nequaquā conuerſus ad uulnera quom
ipſe ſaxi ruina hoſtem inuolueret intendebat. Aſcendit itaq; mu
rum. & uictor doloriſ ſtetit cōſpicuus tante preſumptionis. at
ſuper arietem ſe ſaxumq; deiecit & cum eo corruit. Victus quideꝫ
morte. ſed uictor machinamenti. cū ipſe ſolus deceſſerit patrie in ma
chinamenti aut cōminutione, totam urbem ab excidio ſuauerit.

Nectitas

Necuras quoq; & philippus, in medium ſe iecere agmen: ut auer
terent quos poterant. Ioſephus aūt ignibꝫ iactis, ut machinamen
ta omnia exureret: breui conſumpſit plurima. ſed conſumpta re
parabantur. Inſtabat ueſpaſianus. urgebat. ita ut in talo feriretur [Veſpaſian(us) i(n) talo uulnus accepit·]
iaculo ſagitte. Turbati ſt romani: cū ſanguinem fluere ducis cer
nerent. Exagitatus filius [·i· titus], cucurrit ad patrem. Sed ille ſupra uī
uulneris, ūtutem animi gerens, ꝓhibet trepidare filium. magiſq;
in prelium accendit milites, ut iniuriam ducis ulciſcerentur.
Ipſe ſignifer reuocabat exercitum: & ad muros cogebat. ipſe in bellū
ceteros adhortabatur. Alij ſagittis, alij telis, alij balistis, hoſtem ur
gebant. Tanta aūt erat eiuſ tormenti uis, quo ſaxa in hoſtem ia [Maxīa tormenti uiſ·]
ciebantur: ut ꝑcuſſus un(us) ex ſocijs ioſephi, qui ꝓpter [·i· ꝓpe] aſtabant: [·TORMENTŪ· ·No·]
conuincto capite rueret. & occipicium eius ultra tertium ſtadiū
excuteretur. Mulier quoq; aluo grauis ꝑcuſſa uterum: ut ſupra
dimidium ſtadij, de intima ſede ſecreti genitalis, excuteret infan
tem. Ad poſtremum cum uictoria muros romanus miles ſuccede
ret: & in ipſo aditu utrimq; ualida manu decertaretur: ſicut erant
conferti, oleo ardenti ioſephus ꝓfundi romanos iubet. qđ facile auer
tit, ad ima defluebat ueſtigia. Nec minor incendio, flamme can
dentis olei feruor: omnes artus depaſcebatur. Succedebant tn̄ a
lij. Pleriſq; etiam ſudor ꝓfluus, olei uim refrigerabat. Et quamuis huiuſ
olei natura ſit ut cito caleſcat: & ſerius conceptum deponat calo
rem: tn̄ uictorie ſtudio abſcondebant iniuriam. Ardebant artus: [Virt(us) militū Romanoꝝ]
ut nullum corporis ſentirent incendium. Nec tanti eſtimabant
pene feruentis dolorem: quanti diſpendium glorie ſi tanquā exortes
triumphorum deſiſterent bello: qui duces fuerant periculorum. Vel ſan
guine itaq; ſuo, reſtinguere incendium olei certabant. hac mora
obſidionis, etiā iafe urbis, que uicina erat, ꝓpulſos inſolenerat: qđ tā [yaffa·]

Traian' ꝓfectus.

diu decernebatur. Vñ motus uespaſianus: traianum q̄ p̄erat
[i. legioni] ordini quīto decimo / ductoris offitio / direxit cū mille equitibꝫ
& duobꝫ milibꝫ uirorum militie pedeſtris. Qui ſine retractatio-
ne ꝓfectus: uir acer / & bellandi artibꝫ preditus: conuenientē
ſtudiis ſuis euentum belli recepit. Nam cum eſſet ciuitas / & na
tura loci ſepta: & gemino muro circūuallata: nō contentus te
gere ſe [ſ. iaffe] ꝑpl̄s eius munitionibꝫ: occurrendum romanis putauit.
Sed paulisper r̄ſiſtere auſi: in murum exteriorem r̄ſupere ſeſe
uolentes: hoſtem pariter r̄cepe. Nam cū ipſis feſtinantibꝫ etiā
romani [ſt] intrauerunt. Confugientibꝫ quoq; ad murum inte
riorem: clauſe porte ne rurſus romani pariter irrumperent.
Ita auerſo a ſe dei auxilio, iudei preliabantur: quo ante uincere
ſolebant. Sed [ſ. deum] offenderant ſceleſtis flagitiis. & ideo ab his pena
debita repoſcebatur. ut donarentur eorum ſupplitia nationibꝫ.
Deniq; plures ꝓpe ſuis inter ſe bellis / q̄ ab hoſtibus obtereba

Expugnatio Iaffe.

tur. Exemplo eſt iafe ꝑpl̄s. qui romanis portas aperuit & ſibi
clauſit. Nam ut p̄mum murum romani irrumperent ipſi pate
fecerunt. ut ſecundum murum iudei nō penetrarent: iudei clau

X

ſerunt. Receptus itaq; hoſtis: ſocius excluſus. Receptus ille [i. hoſtis] / ne ꝑ
cuſſor deeſſet. excluſus iſte [i. populus iaffe]: ne periturus euaderet. Intra duos ita
q; muros cedebantur iudei. manu cominꝰ [i. a prope]: de muro eminꝰ [i. alonge]. Pleri
q; ē romane militie uiri, conſtricti anguſtiis, murum aſcende
bant. atq; inde in ſubiectos tela iactabant. Itaq; galileis ſuis q̄
hoſtibꝫ infeſtioribꝫ: rogabant ut interioris muri ueſtibulo reci
perentur. ſed reſiſtebant ſui. Dimicabant in porte limine, iudeis
inter ſe pugnantibꝫ. Iſti irruentem cuneum gladiis excipiebāt.
illi reſiſtentes moriebantur. Seua imprecantes ſibi inuicem &
minora ſe meritis ſuis pati ſupremis uocibꝫ atteſtabantur.

·xii· Iudeoꝝ iꝛfecta.

Itaq; extincta ſunt duodecim milia uirorum oīū ꝓliatorū.

ratusque uel nullum iam sibi repugnaturum, ut facilem urbis expugnationem: ueteris uir discipline, summam uictorie, traianus uespasiano reseruauit. Misitque ad eum: postulans ut filium suum dirigeret titum. qui fine[m] prelio daret. Quo adueniente, facta irruptio. cesique multi mortales. nec sine labore ac periculo uictoria cessit romanis. Quibus ingressis murum interiorem: obiecere se quicumque erant bello idonei. et in angustiis positi, Anceps bellum uictoribus effecere. pugnantibus desuper uirili, ac muliebri sexu. ac sepe etiam in suos saxa, atque omnia que forte repperiant telorum genera, iaculantibus. Denique sex horis in ipso fine, quam ab exordio pugnatum. Ad postremum cesis qui constiterant pugnaturi: iterum in ceteros sine ordine. sine modo. sine misericordia. senes cum adolescentibus iugulabantur. mulieres cum paruule reseruate non ad ueniam: sed ad seruitutem. Masculi omnes interfecti. nisi quos aut pueritia aut infantia defendit. in predam Ducta sunt duo milia centum triginta mancipia. dominorum cum seruulis: eque iam forte conditionis. quos captiuitas pares fecerat. Nec samaritę immune miseriarum fuere. Nam cum secundum consuetudinem suam, montem garizim, quod erat illis sanctus, congregati ascendissent: ubi adorare solebant: unde et in euangelio dicit samaritana: patres nostri adorauerunt in hoc monte: et responsum est ei [s. a yhu]: ueniet hora, quando neque in hoc monte, neque in ierosolimis adorabitis patrem. debebatur enim ut cessaret superstitio. et uera religio succederet. euacuaretur umbra: ueniret ueritas. ut iam non in monte sicut samaritani: non ierosolimis ter in anno sicut iudei: sed in spiritu in omni loco eleuans puras manus, omnis homo adoraret deum. et in nomine yhu genu flecteret. Cum igitur (ut supra diximus) in monte

Samaritani superant

Euangelium. Nota.

collecti, scilicet in suos titus maneret; belli autem minas pretenderet,
ipsa congregationis spes: ut sensus eorum qui nec malis finitimis
resipiscebant: multo autem amplius prosperioribus romanorum successi-
bus per inuidiam commouerentur: ac prope tumultum res essent:
consultius estimatum est, (s. a romanis) preuenire eos, ne in maiorem pestem
erumperent. Vocatoque prefecto (i. legionis) ordinis quinti, cum tribus milibus
utriusque militie uiris: eum uespasianus direxit. At ille ascen-
dere montem primo exordio periculosum ratus: erat enim simul iniec-
ta terrori multitudo populi: et preruptum nature circumdedit exer-
citu montis confinia. et tota die differri fecit custodiam: ne quis
aquatum descenderet. Cum que tantam hominum constipationem
uexaret sitis: que magis ac magis estu exardescebat: et plerique
seruituti se, uel etiam neci mallent offerre, ne uel fame uel siti pe-
Cerealis prefectus legionis .v.
rirent: cerealis (hoc enim nomen prefecto) ex descendentibus, uniuer-
sos estimans defatigatos: cinxit montem: ac more militari pol-
.XI. dc. uiri Samarie interfecti.
licens salutem si arma deponerent: recusantesque, iussit feriri. Ita
Iotapate capitur.
que extincti sunt illic undecim milia sexcenti uiri. Iotapate quoque
quadragesimo et octauo die facta irruptione: primo diluculo, cum
adhuc multo superioris diei fessi labore requiescerent: primus omni-
um titus cum sabino ingressus: ceteris uiam prebuit. Conprehen-
sisque superioribus locis, in angustiis platearum, passim et ignari adhuc
facte irruptionis: feriebantur. Alii in suis stratis. alii expergefacti
alii uigilantes. sed media ac sompno soluti, penas dabant. Adhuc
tamen (i. p) totam urbem uis latebat malorum. Sed ubi exercitus ingressus,
militari infremuit ululatu: ad solum fere subeunde mortis af-
fectum, insurrexerunt. Et si qui superiora petere temptauerant
repulsi cedebant. Et quibus ulciscendi uis suppetere poterat:
ipsa coartatio uindictam ademerat. et si qui resistere parabant:

irruentibus supra se aliis: bello abscondebantur. Alii multo fessi certamine, dimissis manibus sese offerebant uulneri. ut uel morte tam feralibus malorum suorum spectaculis eriperentur. Hac deceptus securitate pereuntium, centurio antonius: rogatus a quodam qui in spelea confugerat, ut ei dexteram daret: obsidem uenie et salutis sequestram: porrexit illico doli negligens. et ue miser nimium securus triumphi. Sed ille [Judeus] incautum [centurionem] spiculo ferit. et statim transfigit. ne infleta esset romanis uictoria. Ipso die interfecti omnes quicumque inuenti. Sequentibus autem diebus, etiam de ypogeis et ceteris defossis [terra] specubus producebantur. ut ibidem extinguebantur. Exceptis paruulis ac mulieribus, cesa per omnes dies, quadraginta milia. que numero comprehensa sunt. In captiuitate deducti mille ducenti. Euersa et igni exusta est ciuitas. et castella eius omnia. anno imperii neronis tertio decimo. Iosephus interea in loco quodam inter fauillas urbis delitescebat: haud nescius quod studiosius qui dux aduersi agminis requireretur. Egressus secundo die, ubi septa aduertit omnia: reuertitur in latum. Tertio die mulier quedam capta: cognitas sibi iosephi latebras, querentibus demonstrauit. Sed in latu [loco] pariter quadraginta duo uiri qui eo confugerant sese tegebant. Qui ubi aduertebant iosephum, primo per paulinum et gallicanum, a uespasiano ad spem salutis uocari: postea per nicanorem, qui iosepho ueteris amicitie gratia coptabatur: et ideo missus ut dexteram daret: promptius officium mandati muneris exequebatur. circumfusi iosephum talibus adoriebantur sermonibus. Nunc maior iudei nominis temptatur ruina. nunc fauilla tetrior que sepeliat et abscondat splendidissime disciplinam prosapie: atque omne decus subruat: quando iosephus ad triumphum captiuus, [et] seruari iubetur. Quid sibi uolunt tam sedula subito inui

Antonius Centurio fraude perimitur.

xl. Milia Iudeorum in Iotapata cesa. ducti M.CC. captiui.

Iosephus. No.

Oratio Iudeorum ad Iosephum

ORO. Sociorum ad iosephum.

tamenta hostium? Quid dona salutis spontanea? Rogantibus
uitam aliis nō pepercerunt. Iosephus accersitur. iosephus ro-
gatur ut uiuat. Metuunt uidelicet ne pompam amittant tri
umphi. ne desit quem spectet roma captiuum. quem catena
tum uespasianus ante currum suū dirigat. Ad hec ergo ludi
bria uis reseruari? Et uī triumphabunt si dux horum defue
rit de quibus triumphatur? Aut qui triumphus: si amicitia da
tur uictis? Ne credas iosephe. uita tibi pmittitur: sed pa
rantur grauiora morte. Vicerint te romana arma nō capiat
fraudulentia. Atrociora sūt dona eorum: quam uulnera. Illa ē (dona)
captiuitatem minātur. reseruant hec (i. uulnera) libertatem. Inflecte
ris iosephe: & animi quędam fractus molestia uis esse patrie
Moises. superstes. Vbi est doctrina moysi? qui se de libro celesti deleri petebat
Aron. ne plebi dn̄i superuiueret. Vbi est aaron: qui inter uiuos ac mortuos
medius stetit: ne mors uiuentem ppl̄m seuo contagio depasce
Saul. retur. Vbi est regis saul & ionathe deuotus patre animus. & mors
Jonatha. illa pro ciuibus suscepta. & fortiter glorioseque expetita? filius pa
trem exemplo mutauit. pater filium mortis pposito non de
liquit. Qui cum posset uiuere: maluit se interfici: quam ab
hoste triumphari. Hortabatur armigerum suum dicens. Fu
te me ne ueniant incircumcisi isti & pcutiant me & deludāt
me. Quia armiger timuit ipse (saul) se gladio transuerberauit. Dig
nus quem dauid spiritu phetico uindicaret. quia se degē
ner amalechita de eius (i. saulis) morte (at) falso iactauerat. & gratiam (saulis) uiri
qui se ipse hosti exemerat imminuendam putauit (i. amalechita): ut a se int
fectum mentiretur. Dignus etiam quem tantus (i. dauid) pphā lauda
ret dicens. Saul & ionatha speciosi & karī. inseparabiles in
uita sua: & in morte non sūt sepati. Super aquilas leuiores.

ſuper leones potentiores. ꝓpẽ q̃ dauid, cum ppłm ꝑcuti ab ange-
lo uideret: miſe noluit celeſtem deriuari uindictam. ne ꝑe-
unte pplo, reſeruaretur. Poſtremo ubi lex diuina, cui᷒ inter
pres ſemꝑ fuiſti: que ꝑ hac breui uita ꝑpetuam iuſtis pro-
miſit immortalitatem. Ubi hebreoꝝ deus: q̃ docet iuſtos
mortis contemptum habere. refugere etiam debere terrenũ
habitaculum. reuolare ad ſuperna. ſ. ad illam regionem pa-
radiſi; ubi pias animas ds̃ ſacrauit. Nunc demum cupis io-
ſephe uiuere, qñ nõ oportet: immo nec licet: immo qđ maius
eſt non decet: & carpere deſideras lumen iſtud (auſim dicere)
ſeruitutis: qđ in aliena poteſtate eſt: ut id qñ uult romanus eri-
piat. qñ uult carceris tenebris obducat: ut optes hinc fugere:
nec liceat mori. Et quo pudore ad eos ibis: quibus ꝑſuaſiſti ꝓ
patria mori? Quam excuſationem habebis: qđ tam diu re-
ſederis? Expectant quid agas. Dicunt iam profecto. Quid
moratur ioſephus? Qui preuenire debuit cur tam ſero ſeq̄tur?
Cur diſcipulos ſuos quibꝫ pro libertate moriendum ſuaſit
imitari recuſat? Pferemus certe nos, qđ ſeruire elegeris, aſſer-
toꝝ libertatis. quod mancipium te romanis addixeris. qđ
captiuitatem libertati ꝑpoſueris. Sed eſto uel (uelis) uiuere. Quo
hoc impetrabis ab his, aduerſum quos totiens ꝑliatus es? Quo
te intuebuntur? Quibꝫ oculis: quibꝫ animis? Quomodo iratiſ
dñis (& ſi liceat) uiuere uoles? Aut quis nõ ꝓditorem patrie
credet fuiſſe: cũ mercedem ſolutam ꝓditionis uidebit? Uteꝝ
malis elige. horum alterum ſit neceſſe eſt. Uita tua aut pre-
mium ꝓditionis erit. aut ſeruitutis ſupplicium. His dictis
intenterarunt intentarunt gladios addentes. Si adquieſcis
mori: q̃ſi amici miniſterium ꝓbemus. Si recuſas: q̃ ꝓditi

Dauid.

finis orõnis.

· ORO ·

Cauta Iosephi ad socios Responsio.

Quod non licet sibi mortem consciscere.

No. per Totum.

ultionem exigimus. Adhec iosephus refert. Et quis uidit esse tante
mortis superstes: Quis eligat fieri heres doloris? Quis animam suam
nolit ex isto corpore mortis siliciat absolui? Sed non licet soluere
nisi ei qui ligauerit. Nature uinculo coniuncta est anima corpori.
Quis auctor nature, nisi omnipotens deus? Quis hoc anime et corpo
ris nostri deo conplacitum contubernium, interrumpere ac disso
ciare audeat? Si quis imposita manibus suis precepto herili uin
cula, sine arbitrio domini sui detrahat: nonne is grauiter pulsasse in
iuria suum dominum condempnabitur? Dei possessio sumus. deo serui
tium debemus. Quasi serui expectemus imperia. qui uincti
refuenmus uincula. qui fideles bonum depositum custodiamus.
Non recusemus uite istius munus: quod dedit nobis, non refugia
mus donum celeste. Si hominis data reicias, contumeliosus es.
Quantomagis seruare debemus, quod a deo nostro accepimus? Ab ipso
itaque accepimus quod sumus. ipsius ergo debet esse, ut quamdiu uelit si
mus. Utrumque enim ingrati est: et citius discedere quam uelit: et
diutius uiuere quam uoluerit ipse, qui uitam donauit. Numquid ante
festinauit abraham? Numquid ante ascendit abarim moyses,
quam diceretur ei. ascende in montem abarim. Sed dictum
est ascende. et ascendit: et mortuus est. Quasi bonus famulus,
expectauit domini preceptum. Ipse iob qui dixit pereat dies illa in
qua natus sum: cum in mulieribus [uulneribus] et doloribus positus, uite huius
uincula non dirumpebat. sed ut liberaretur rogabat, dicens. Ut quid
datum est in amaritudine lumen? uita autem in doloribus anime. lau
dabat utique mortem cum diceret. Mors uiro requies. Tamen non
precipiebat: sed postulabat ut sepultum esset. Contractior omnibus
membris. sed quia sum ipsius. quare sum mortuus? Cur de uentre
matris non in sepulchrum deueni? Aut numquid breue tempus

Abraam. Moises. Abarim mons.

Iob.

uite meç? Dimittite me requiescere paululum. Alius quoque sanctus
dicit. Educ de custodia animam meam. Petit euadere. petit ex hoc
corpore quasi de quodam liberari carcere. Nullus tamen sanctorum
sibi ipse (.s. mortem) usurpat. nullus praeripit. Si lucrum est mori: furtum est
usurpare ante expectatum. Si bonum est uiuere: sacrilegium est
repudiare antequam reposcatur. Sed gloriosum putatis in bello mori.
nec ego abnuo, bonum esse pro patria. bonum pro ciuibus in bello mori. sed
belli lege offero iugulum si hostis petat. si mucronem romani de-
mergant: quibus de nobis deus uictoriam dedit. quibus propter peccata
nostra nos adiudicauit. Nec mihi blandior quod parcendum sponde-
ant. Utinam fallant. uel hoc lucrum feram quod me sic timuerunt ut
fallerent. uel hanc ultionem referam quia frangunt fidem. Malo
illorum latrocinio perire: quam meo. Latrocinium meum est: si mihi
ipse intulero manum. Si hostis: beneficium. Ergo istud (cum bene-
ficium dare possent interimendo: signandum putarunt) quod in po-
testate habebant. ut captum occiderent, latrocinati sunt. Sed polli-
centur mihi manus uestrae ministerium. Reuera percussor nobis de-
fuit. ut nostro scelere perire quod plus est quam meo: nolo mutuo. Hoc
est unumquemque nostrum sibi manus inferre. uicariae necis mercedem
soluere ut iam non solum pro suo quisque: sed etiam pro alterius sangui-
ne scelus debeat. Verum regis saul exemplum proponitur. eius certe
qui et aduersus uoluntatem diuinam rex postulatus est. et offen-
sam meruit dei. Unde et cum uiueret: successorem accepit. Egregium
exemplum uiri: cui defuit dei gratia. Et tamen uoluit mori: quia iam non
poterat uiuere. Voluit tamen et ipse ut eum socius occideret. sed ille
scelus (.s. esse) putauit. et recusauit ministerium. Non ergo usus consilio, sed
destitutus ministerio: fecit ut ipse gladium in se converteret.
Si timens fecit ne sibi illuderetur: quid laudas quod timoris est?

Saul rex.

Si nō timuit: cur pͥmo aliud elegit? Ego nec illudentes romanos
timeo. nec mentientes. Saul tn̄ solus ꝑemit. nō ionatha: nō qlsq̄
alius in nr̄is scͥpturis. Quid mirū si potuit se perimere: qui potuit
etiam filium occidere? Aaron inter uiuos ac mortuos stetit. &
hoc uirtutis est: nō temeritatis. Non enī mortem sibi intulit: sed
mortem n̄ timuit. q̄ eam corpore suo reppulit. & serpenti in oēs
obstaculo fuit. Non ego quidem [.s. sum] aaron: sed tn̄ non degener ab
eo. Offero manus. feriant ut uolunt. Si possum eorum manus
timere: dignus sum qui manib; percā meis. Si parcunt illi ad
uersario: cur ego nō parcam mihi? Si queritis cur parcere uelint:

Virtus.

& in hoste uirtutem mirantur. Tanta est enī uirtutis grā: ut
frequenter etiam hostem delectet. Nostis etiam ipsi: q̄tam
tulerim exitia romanis [.i. romanos]. quomodo uictores om̄i gentium io
tapate ignobilis urbis diuturna obsidione / ab ierosolimitane
ciuitatis excidio auerterim: breui dampno totius belli aleam
lusi. Didicerūt ceteri in eo periculo parem optare. Fortasse ad
hoc reseruamur: ut non deterreantur ceteri: sed ꝓuocentur. Sed
suaue asseritis mori ꝑ libertate. Quis negat? & illud. Tamen
dulce / pro libertate uiuere. Nam qui amicitiam offert: liberta
tem ꝑmittit. Quod si seruitutem inferat. tunc erit certe oportu
nior moriendi uoluntas. Si oportuerit mori. Nunc aūt uitam
offerunt. nolunt occidere. Timidus aūt est & qui nō uult mori
qn̄ oportet. & qui uult qn̄ non oportet. Quis ē ignorat femi
nee libertatis esse & muliebris formidinis: ne moriare / mori
uelle? Denique paude mulieres / ubi aliqd̄ imminere periculum
sibi cognouerint: solent se precipitio dare. Angusti [.s. est] ē animi: mo
lem formidinis / & metum mortis sustinere non queunt. Vir
aūt [sapiens] patiens q̄ presentia nō timet: & futura cogitet: nescit tre

pidare ubi nō est timor. Denique scriptum est quia anime effemi
natorum esurient. Que cibum utique uirtutis non habentes esuriūt:
ideoque ad mortem ante tempus festinant. Neque est repletus cibo
gratie spiritualis, sed ipse manus irrigat. cum scriptum sit. quia os impru
dentis mortem inuocat. Et iterum scriptura dicit. Et qui nō curat se
ipsum in operibus suis: frater eius est qui seipsū exterminat.
Cōdempnatur ergo qui seipsum percusserit. Quid enim tam contra legē
nature. quid etiam contra naturam omnium animantiū: quibus li
bet feris licet atque agrestibus insitum est se amare. Nature est
lex ualida est uelle uiuere. nec sibi mortem asscicere. Denique
ferro in se armari omnia genera animantium nec sibi uelint, pos
sunt. In formem leti laqueum homines inuenerūt. fere nesciūt.
sed morsus ferarū arma sūt. dentes earum gladij. Quando tamen quisquam
Audiuit, quod scilicet aliqua fera proprio morsu membrum ademerit: Aduer
sum alios faucium suarum armis utuntur. aduersum se otiuis.
nobis ergo quid tam dulce quam uita: quid tam inimicum quam mors?
Denique qui uitam protexerit: patronus est. Qui mortem ap
petere temptauerit insidiator est. Quod ergo in alijs execramur
si nos appetant: ipsi nobis uolumus inferre. Et quod ab alijs
pro pena exigimus: hoc ipsi nobis irrogamus pro gratia. Et gubernato
rem si commissam sibi nauem saxo illidat: persequimur. Nos con
missum nobis nostri corporis gubernaculum: ferro extinguimus.
Et uoluntario naufragio addicimus. Sed obicitis michi mortem ma
turam: cum in potestatem hostium fuero deductus. Quid ergo
lucrifaciam: si quod ab hoste metuo hoc ipse michi inferam: cum
possit accidere, ut quod suadetis michi facere, nō faciat inimicus.
huiusmodi istud est: at si uidens gubernator tempestatem futuram:
tempestatis gratia declinande, nauem fluctibus mergat. An quia

Similitudo.

Apta Similitudo.

grauiora ſupplicia exacturus eſt aduerſarius: ideo preuenien
dum putatis? uel quia ſtrenuum arbitramini, ut in nos ipſi
ferro utamur? Sed iam imbecillitatis ſuffugium eſt, non uirtutis
tropheum: captare lucrum ſuppliciorum. In hoc ergo inheremus:
quod nec inſignia habeat fortitudinis: nec profectum utilitatis.
Quid autem adtexam uiolari depoſiti religionem? Deus omnipo
tens theſaurum nobis optimum dedit. atque incluſum in hoc uaſe
fictili et conſignatum: commiſit nobis cuſtodiendum: quo ad ipſi
placeat repoſcere. Nonne utrumque crimen eſt, ut reicere depoſitum
non repoſcente qui dederit. ut repoſcenti negare? Si hominis depo
ſitum uiolare, pena infamie eſt: quanto magis uiolare depoſi
tum dei? Depoſitum dei anima eſt, in hoc corpore. anima que mortis
(.i. corporis) iſtius capax non ſit. Non enim ullo mortis uinculo aſtringitur,
atque illigatur. ſed uidetur mortem operari: cum ſoluitur corpore.
atque a commiſſo ſibi contubernio ſeiungitur. Cur igitur ante non
repetitum depoſitum mortem inrogamus. et animam que immuta
lem nobis remiſſimus. atque e domo nostra excludimus? et corpus ſine
decore et gratia ſui in terram reſoluimus? Cur exeundi huius preceptum
non expectamus? Miles teſſeram (.i. ſignum) expectat. ſeruus imperium.
Si quis horum ſine precepto exierit: alter deſertor alter fugitiuus
eſt. Qui hominem fugit, pene obnoxius eſt. quanto magis improbum
fugerit dominum. Nos optimum omnium fugientes: poſſumus non aſtrin
gi impietatis flagitio? Num etiam illud preterit uestram opinio
nem: quod apposuit deus angelum in circuitu timentium eum?
Eſt ergo qui prohibeat. non preceptum accepit? Si nullum preceptum
nullum uiaticum. et quomodo peruenimus ſine uiatico. Quis
nos recipiet in illo puro et ſecreto loco? Quis nos admittet ad
illa ſanctarum animarum conſortia? Adam latebat quia preceptum

dei preuaricatus est. Exclusus est de paradiso quia non seruauit
mandatum. Dicitur ei Adam ubi es? Quasi ei qui fugerit. qui
ei cuius apud dominum non sit presentia. Nonne et mihi dicetur ubi es?
quod preter preceptum uenisti? quem ego naturalibus uinculis non
relaxaui? Tollite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus et
dolor. Hec non solum moribus hominum: sed etiam legibus inter
dicta accepimus. Namque alii insepultos proici iubent eos qui in
se ferrum detexerunt. Dignum est enim ut qui prius imperium
non expectauerunt: priuentur quasi quodam matris gremio ter
re sepulchro. Alii dexteram manum abscidunt defunctis. ut
separetur a membris sui corporis que aduersus corpus suum ue
sano militauit furore. Sed hunc exitum sacrilegi ferunt. aut
proditores. uel percussores parentum. qui uerum patrem non agno
uerunt. nec se recognoscunt. Ideo aut penitus sepeliri prohibentur:
aut non toti sepeliuntur. Animas quoque eorum non paradisus recipit.
sed inferorum tenebre. seuaque supplicia. hec mihi reputanti quoniam que
omnia erepta sint: sola non terrori ac formidini sunt ne mihi ipse in
feram: que nec hostis poterit inferre. et illa paradisi eripiam.
que romanus adhuc non potuit eripere. Certe accelerare poterit.
non poterit auferre que sola impatienter desidero. Non est uite
huius ulla me cupiditas tenet: in quo nec apud ciues. nec apud hos
tes cepi quod delectaret. Isti [i. ciues] mihi patrem negarunt. illi [romani] patriam eripue
runt. inter tot mala quid potest suauitatis in hac uita super esse?
Tu mihi omnipotens pater. qui nature auctor atque arbiter es. hones
tum largire exitum. tu rumpe naturale hoc uinculum. redde
animam meam secretis suis. Extinctus sit pptus. ereptum ius.
libertas infracta. non preuaricabor tamen legem tuam. ut moriar
iniussus. Expecto ut iubeas. expecto ut uolentem liberes. Mul

toſ habes tui executores. A te expecto imperium. ab executore miniſterium. Bonum eſt mori. ſed moriar ut hebreus: nō ut latro. nō ut carnifex. non ut hoſtis. Victus ſim licet bello, manebo tñ q͞d natus ſum, ut abrahe patris hereditatem nō deſeram. Non tranſibo in numerum hoſtium: ut ipſe meus percuſſor ſim. Offerre me hoſti ꝑcutiendum, ſine pietatis poſſū diſpendio. manuſ meas in, ut in hoſtem conuertere, ſine ſcelere nō poſſum. An uero metus eſt, ne non liceat nobis ſecundum legem uiuere? Reuera nūc magna libertas eſt: quibus nō licz ſcd͞m legem mori. Hec ioſephus allegabat: quo euacuaret uoluntarie mortis aſſertionem.

finis orōnis ioſephi.

Sed illi qui ſemel ſeſe morti deuouerant: q͞a uerbis reſiſtere nō poterant: gladiis quaſi feriturī ilico uirum circumſtetere: niſi ad quieſcendum putaret. At ille (ioſephus) circumdatus: alium ducis reuocabat auc͞te & uirtutis conſtantia. alium ſeuero obtutu conueniebat. huiꝰ reuocabat dexteram. illius inflectebat irā. multabat conſilij ſalubritate. diuerſis modis, unitusq; irrationabilez extorquebat furorem. Et enī q̄uis ultima ſors uicti dignitatem extorſerat: Non penitus tñ aboleuerat reuerentiam. Paulatim itaq; deponebantur manuſ. retundebantur gladij. tñ (ſ. moriendi) intencio pſeuerabat. Cum uideret unum (ſe ioſephum) a pluribꝫ ſe obſeſſum teneri: ſiue caſu quodam, ſiue conſilio, cōmentatus eſt (ſ. finxit) ut minueret numerum repugnantium. Committamus igit ſorti moriendi ordinem, ut ſe nemo ſubtrahat. cum ſors conueniat uniuerſos. Sortes iſtius modi conditio ſit. ut is qui ſorte exierit: ab eo qui ſequitur interimatur. Itaq; fore ut ſors unūquemq; non ꝓpria uoluntas morti adiudicet. Stet igitur unuſquiſq; ſub ſorte iudice. & ex ſors ſceleris. & liber

captiuitatis: ut non alieno arbitrio accideret: nec declinet sibi
mortem futuram. Nemo recusare poterit euentum: quem
uel casus intulerit: uel dei uoluntas significauerit. fidem fecit
oblatio. & uniuersorum assensus sorti adquieuit Quisquis sor
te est designatus: paratam sequenti necem prebuit. Itaque acci
dit, ut interemptis reliquis: iosephus cum altero superesset neci.
(i. restabat) Manebat necessario: ut aut sorte condempnaretur. aut certe
si exitio super esset: sanguine socii contaminandus foret. Sua
det ut sorti renuntiarent. Sic domesticum euasit prelium. &
per nicanorem ad uespasianum deducitur. Fit concursus ad
eius aduenientis spectaculum. romanis fere omnibus confluen
tibus. Alii uidere deiectum desiderabant: quem paulo ante
in amplissimo honore positum, summe rei preesse intuebantur.
Alii certabant capto illudere. alii uices rerum humanarum tam
uarias atque flexibiles mirabantur. Plerique consulentes ingemisce
bant: quod in alienis casibus sibi posse eadem accidere putabant. Ti
tus preteris mouebatur, ingenita animi mansuetudine. illum
dudum bellatorem superbum, subito potestati addictum hos
tium: alieni nutus sortem operari. uite naufragum. exulem spei
incertum salutis. tantum ualere momenta in preliis: ut bre
ui casu dispares sui reddat. cum uel aut potentes eiciuntur: aut
afflicti leuantur. Itaque pars melior, eorum scilicet qui honore po
tiebantur: mitiora consilia dabat. maxima tamen portio salutis
apud patrem, iosepho titus fuit. Vespasianus eum asseruari
precepit: ne forte laberetur. Inde paucis post diebus ptolomaidem
(s. uespa.) repetit. atque in cesaream contendit, urbem iudee maximam.
sed magis gentilibus refertam inhabitantibus. Unde cum plausu &
letitia suscepere exercitum romanum. non solum romane

Iosephus astu et comento Sortis morte liberatus ad Vespasianum ducitur.

Titi mansuetudo.

Vespasianus.

soticietatis exoptata s' gra: sed insito q̃ odio plebis iudee: cuius
pncipem iosephum oportere puniri, maximis clamoribꝫ uotifi
rabantur. Quam uespasianus ut uulgi iram, sine iuditio contep
tam silentio dissoluit. Et quia adhiemandum & tempus oportu
num & ciuitas erat: duos ordines in cesarea constituit. Decimū
q̃ & quintum ordinem, in urbe scitopoli: ne cesarea totius onere ex
citus atteretur. Ideoq̃ memorata urbs, diane scithice consecrata:
tanq̃ a scitis condita & appellata ciuitas scitharum. ut massilia gre
corum. situs loci declarat, ingenita duritia conditoris, patentia
magis campoꝝ, q̃ condutibilia habitationis usui, delegisse. Nam ē
apta, & aspso hiemis & tempore estatis: plus laboris habent q̃
delectationis. qm̄ & hieme plus frigori patent. & grauior in his
locis estatis flagrantia est. in quibꝫ solem totum recipiunt, sine
ulla arui uirentis amenitate. Itaq̃ campestris & maritima regio
memorata urbis: etiam estu maris amplius uaporabatur. Nec
tn̄ negotiis bellicis uespasianus uacuus erat. Cognito & ē diui
sis ex locis ad urbem ioppen sese contulisse plurimos: eamq̃ opor
tunam sibi ad excursus piraticos: reparatis edificiis que a cestio
destructa fuerant instaurauit. qm̄ uastata regione subsidiū
alimonie mari querebatur: diligenter explorauit omnia. At illi
statuentes huioi nauigia, que usui predonum accomoda forent:
speculati commeantium transitus: uniuersa ppe fenicis atq̃ egipti
comertia ptabantur. adeo ut crebre p̄dationis terroribus omne il
lud mare clauderent. atq̃ indubij periculi metu, nauigandi usus
intiperetur. Quo comperto: pedestris militie manum, & equitum
plerosq̃, pergere iubet: & nocte ioppen ingredi. Quod facile factu
fuit: cum custodia nulla ciuitati pretenderet. qm̄ euerse urbis
fama, nullas exercitatura romani curas ducis estimabatur. Pre

Vespasianus legiones in hibernis distribuit.

Scitopolis a Scitis condita.

Ioppe ciuitas.

sentes

sentes erant tamen. sed non ausi resistere, atque ingressum negare romanis
aduenientibus: Nauibus ascensis: ultra iactum progressi sagitte
in mari pernoctauerunt. Res postulare uidetur: situm littoris eius De situ litoris circa ioppe.
quo pretexitur ioppe, breuiter exponere ut quem admodum sine
ullo prelio, predicte urbis secuta clades fuerit: liquido manifestet.
Importuosa est natura ciuitas. Cuius ab ora maris litus (i. est) asperum
directumque: sed cornibus utrimque leuiter inflexum. in quibus profun
de (i. sit) rupes, saxaque ingentia, que mari preminent. et cum de imo ma
ris surgant: in mare excurrunt tamen. Unde etiam andromedam illic Andromeda. No.
fuisse, cum ceto (illo pesce grande) obiectaretur: forme locorum, atque ipse rerum species
prodere uidentur. non mediocrem uetustis fabulis fidem accommo
dantes. Cedentibus itaque litus aduersis boreae flatibus, immane quantum
unde attollunt: que scopulis illise fragorem ingentem excitant.
atque influctus relapse, inquietum illum maris sinum reddunt. ut
plus periculi in portu, quam in deserto sit. In eo igitur fluctuantibus scafis
quas ex ioppe urbe productas supradiximus: ad matutinum flatus ue
hemens irruit. quem melamborium per ea locorum nauigantes
uocant. Statimque inter se undis impellentibus scafas miscuit. atque
inuoluit. alias ruptis anchoralibus egit in petram. alias cum aduer Descriptio tempestatis maritime.
sum mare uiolenter subrigerentur: saxosi littoris periculum,
ut a romanis cladem sibi paratam, declinare cupientes: occurrit un
da. que procelsa mole supereminens: oppressos demersit. Nec confugien
di erat ullus locus. nec manendi spes: cum uentus de mari expelle
ret. romani urbe excluderent. Grauis erat nauigiorum sonus, cum inter
se colliderentur. intolerabiles hominum gemitus, cum frangerentur.
Qui ubi uacillantibus alueis uidebant mare irrumpere: alii se pre
cipitabant natandi peritia. Alii dum appropinquantes exiliunt scafas,
in mare lapsi, concursu alueorum proterebantur. Plerique cum ipsi in per

i. paruis scaphis

tum ipsis in profundo sedebant in ioparonibus: quos enatandi fiducia destituerat. Minore tamen cruciatu quibus ars deerat uel spes ulla temptamentorum qui se circumfuderant littori nautis fugientibus idem et littoris periculum et a romanis cladem fugientibus mors urgebat. Ceterum natare adorsis: conuulsa nauium fragmenta crebrius quatiebant ictibus. lateribusque illisa miseros artus fede multabant. aut scopulis impulsos, inter ipsa amplectendi littoris uota, mors sequebatur. qualecumque tamen habentes solatium in terris perisse. Miseranda itaque facies erat, cum excusso infelicium cerebro, cautes aspergerentur. sanguine maderent littora. Cerneres infectum cruoribus mare. repleta omnia cadaueribus. Et si qui forte euaserant: appropinquantes littori interficiebantur. estimantibus romanis quod non ex locorum asperitate, usuque uentorum in illis locis deseuiret procella. sed diuina indignatione preter solitum conspirantibus uentis mare inuolueretur: ne iudei euaderent. Et ideo metuentibus parcere eis: quibus deus non pepercisset. Fuere qui se ferro interficerent. tolerabilius rati ferro, quam naufragio perire. Alii qui contis trudere uolentes nauigia, perforauerint. non nulli qui lapsos in mare, si forte orarent, ut a nauigantibus eleuarentur: remis repellerent. aut telo ferirent. Quod ideo non pretermisi: quo clareat ab ipsis sibi iudeorum perditis: quam ab hoste periculum maius fuisse. qui seipsos interimabant: quam exigua essent ad eorum exitium infesta simul omnia. telum hostis. mare. rupes. Quatuor milia itaque quingenta defunctorum numerata corpora, que despuerat mare sine bello. Capta urbs: et excisa a fundamentis: sit in breui tempore secto, romana manus diruit. Quod, uir uespasianus precipiendum putauit: ne iterum illic piratica conderentur habitacula. Vnde et equitatum eo loci cum peditibus paucioribus,

.iiii. milia Iudeorum aut demersa. aut scopulis allisa.

huc proficiscens reliquit. ut pedites in loco manerent: ne quid accideret predonum manu assueta latrociniis. equites autem percursarent finitima regionis. uicos quoque & oppidula. quo penitus omnia (ne conspirarent in aliquos ausus) diruerentur. Dum hec in ioppe geruntur: qui sub procul ierosolimitam degerent: ne sic quidem a consortio cladis feriabantur. Auditis enim que gesta a romanis fuerant in iudea: & maxime quia iosephum interfectum compererant: primo quia nemo de locis ad eos index aduenerat non credebant. Deinde ducem tantum, non temere in manus hostium incidisse arbitrabantur. Et reuera nullus nuntius tante cladi superfuerat. Et hoc ipso supremi excidii fama, quia nullus index superat: astruebat perisse omnia. nichilque rese disse. ut ad indicium rerum gestarum, manebat opinio quis maior relatu. quia ipsa inter eos dum terrent silencia: credebantur omnia que timebantur. Tantumque aberat, quo minus aliquid nuntiaretur: ut etiam que gesta non fuerant: adderentur. Nam iosephum quoque interfectum fama asseuerauerat. ideoque dolori maximo fuit uniuersis. Sed ubi apud romanos eum degere compertum: tanto odio persequebantur: ut cuius primo mortem dolebant. eiusdem uitam uel ignauie, uel proditionis indicem detestarentur. Hinc maior in romanos commotio. ut de iosepho ulciscerentur. Et quo magis eorum res inclinabatur, eo amplius in bellum accendebantur. Ubi finis esse debuerat: in exordium malorum capessebatur. Nam sapientibus, aduersi rerum exitus, ad cauendum magis documento sunt: ne rursus eadem accidant, que iam male cesserint. imprudentibus autem incentiuum miseriarum. Debuerant ergo ierosolimitanis causa sobrietatis esse, sociorum pericula. Sed quia noluerunt intelligere ut bene agerent: in exitium

Vespasianus.

uertit. Vespasianus tamen ut et ipsa mora in melius consuleret sibi et a
labore exercitus paulisper requiesceret: roganti cessit agrippe. ut in
urbe regni eius caesarea philippi uiginti ferre inponeret dies. simul
ut egra partium eius a commotionis et discordie furore resipisceret.
qui se interuentu regis suscipi posse (si conuerterentur) cognoscere de-
berent. tum tam sedula officiorum federa inter regem et romanos
interuenirent. Denique tiberias proxima caesaree remedium non abnuit.
sanitatem inuenit. Nam et ipsa graui morbo dissidentis inter
se plebis exestuabat. Unde uespasianus tres ordines (i. legiones) ualidiores acti-
ri et scitopolim petere directo in negotium filio decernit. Ea erat

Scitopolis.

decem urbium maxima uicina tiberiadis. Inde appropinquare muris
ualerianum cum quinquaginta equitibus iubet. qui pacifica suaderet.
et ad fidem societatis clausos uocaret. ut congregati exercitus ter-
ror auersos pelleret. nuntius pacis uolentis inuitaret. Valerianus
prope muros equo dissiluit. eadem facere etiam hi qui simul prius
attesserant. Quos pro numero spernendos arbitrati: unius predato-
rie manus princeps cum suis qui pariter incessere ausi repentina
eruptione deturbant loco. cedentiumque simul quos deduxerant equos
inuolauere. dementes qui non aduerterent, consultius ualeriani
cessisse insolentie quam spolia de his qui pacem offerebant usurpa-
uisse. Denique seniores offensi factionis acerbitate relinquentes urbem:
ad uespasianum precatum uenere. ne paucorum insolentia: uniuer-
se plebi ascriberetur. Vespasianus traianum illico ad urbem direxit.

Traianus

ut exploraret si populus insidiatorum temeritatem auersaretur. At
ille conuenientia populi studia seniorum precibus annuntians: fidem
legatorum accumulauit. Ita petentibus uenia data maxime quia
sollicitum regem (i. agrippam) pro totius urbis statu uespasianus intuebatur.
Cuius fide inposita nichil tale ausuros pro ea: delicti gratiam uolens

i. conceſſit
ceſſit. Inde taricheas ſollicito atque inſtructo agmine petit. eo quod
plurimum ad ipſam urbem propter munitionem loci confluxerat
multitudinis. & quia muro eam uallauerat ioſephus. non qua pedeſtri
bus in uia, geneſareth latus fluctibus alluebatur. Ideo nauigiis con
gregatis: anceps bellum fremebat. Si terrenum inclinaret aduer
ſum prelium: ad naues confugerent. ſi nauali certamine cederet:
urbem reuiſerent. murisque ſeſe ambientibus defenſarent. Cum ſi
s. forent
milia utrobique preſidia uel in urbe tiberiade. uel tharicheis. Sed tha
richeis peritiora ingenia. murus ualidior tiberiadis. ſed tharicheorum
s. erat — s. certaminibus
furor promptior. ut ſi neceſſe eſſet, miſcerent omnia naualia terrenis. cer
s. miſcerent — i. maritimis
tamina terrena claſſicis. Denique circumuallati, aduerſa acie cum ma
iora auderent uiribus: nec aduerſus romane diſpoſitionis moderami
na. Veterem quoque exercitus uirtutem quantum temeritas promoue
ret: priuſquam aliquid exitii ſubirent, uerſi in fugam: ad naues con
i. tanquam
uolauere. Quibus confertis, tamquam denſata acie preliabantur: at ſi
in terris manu res gereretur. In campo etiam multitudo innu
merabilis hoſtem preſtolabatur. hoc ergo cognito: filium cum electis
equitibus ueſpaſianus direxit. Qui ubi ſe ingentibus circumfuſum
copiis uidit: ad patrem quidem retulit maiorem eſſe hoſtium
multitudinem: quam opinio comprehenderat. Sed conuocatis quos
ſecum deduxerat: bellandi intentiuum huiuſmodi alloquium infudit.
Viri inquit romani, meminiſſe eſt noſtri uos nominis & generis
preliaturos decet: quorum manus nemo effugit, qui in orbe romano
eſt. Vnum enim hoc nomen uniuerſis terris non uincendo dediſtis. Me
i. nos
miniſſe etiam loci oportet in quo nunc ſitis. & aduerſum quos roma
ni bellum geratis. In extrema enim parte orbis terrarum conſiſtimus.
Tanta ergo terrarum ſpatia tranſeuntes: nichil alienum uidiſtis. Quid
enim nobis alienum: quorum in poſſeſſione orbis terrarum eſt? Quicquid

Veſpaſianus Taricheas inſtructo agmine petit.

Titus

ORO. ad milites.

haſdrubal. pirruſ. brennuſ.

ubiq; eſt. uiſ uřm eſt. Quicquid uniuerſorum incolatus tenet; poſſeſſio uřa eſt. Currebatis bene. Quis ſtatuit uoš orbe toto currentes triumphos? Quoſ non haſdrubal penus. non pirrus eacides. ñ brennus capitolinis ueſtibulis incumbens. nõ pſarum cateruę. non egyptię phalanges ſtatuere potuerunt: hos ſtatuit rebellis iudea. ineruditam preferens bellandi temeritatem. rixę q̃ pugnę aptior. Neq; tñ eſt qđ uerear. ſed plenum uerecundię arbitror. qđ vos uincendo defatigamini. illi aũt q̃ totiens uincuntur audaciam ſumpſere. & laſſati uoſ rebus ſecũdis. tum illi aduerſis duriores ſint. Attollite q̃ aĩmos romani uiri. & aduerſus cateruas hoſtium, freti patria uirtute, exurgite. Neq; uos numerus moueat plebis iudeę. cum illos tot nřę uirtutis inſignia nõ deterreant; quę longe numero ualidiora ſunt. Neq; enim ulla in hebreis uł rei militaris ſcientia. uł preliandi peritia. uel moderandi gřa. nullus diſciplinę uſus. nulla tolerandi pacientia. Solum in pⁱlia deferunt mortis cõpendium. ſed nemo unq̃ moriendo uicit hoſtem. ſed perimendo. Illi neſciũt arma ñ in bello. noſ in pace armis exercemur: ut in bello caſus belli dubios nõ ſentiamus. Inſuetis ẽ euentus dubij. ueteranis ſolemniſ triumphus. Quid om̃ aliud agimus cotidie: ñ ut nobis uana numq̃ prelia ſint? Vnuſquiſq; domi in prelio exercetur. ut in prelio meditatio quedam certaminis ſit. Deniq; non erra quiſquĩ aſſerens. qđ meditationeſ nřę bella ſine ſanguine ſint. bella nřa meditationes ſint. pgredimur in bellum muniti undiq; Tegitur galea caput. lorica pectus. totumq; clipeo corpus. Vbi feriat hoſtis romanum militem: reperire nõ põt. quem ferro ſeptum circumſpicit. Alijs talia arma oneri ſunt: nobis in tegumento. quia uſu leuantur. Aduerſum inermes q̃ ac nudos, prelium nob̃ eſt. An ũ metuimuſ, Ne nimo

circũueniamur? p̄mum liber in p̄liis eq̄tatus eſt. Cedendo atq;
inſequendo bellum ꝓludit. & q̄uis maximas acies circumcur-
ſat. & quibus libitum fuerit ſpaciis excedit. Deniq; in ip̄o pedeſtri
certamine nō tam plurium numerus conficit pugnam: q̄
uirtus paucorum. Multitudo ẽ disciplinę [i. ignara] inſolens / ip̄a ſibi eſt
impedimento: in ꝓſperis ad uictoriam. in aduerſis ad fugam.
Virtus uero patiens / & ſedis ualeſcit. nec uſq; ad finem labitur
in aduerſis. Accedit illud: q̄d aſſuetudo uictoriarum: incentiuũ
nobis ſit preliandi. Nam & ſi illi pro patria. pro liberis dimi-
cant: nō ideo ꝓmptiores eos eſſe, q̄ nos oportet. Neq; enĩ minus
eſt (immo haut ſcio) an etiam amplius: ꝑ nobis q̄ pro nr̄is decer-
nere. Si nobis preliamur: cũ preliamur ꝑ glā. ne minores ſimus
eo q̄d ſumus. Quis ergo dubitet plus eſſe ꝓ gloria decernere: quã
ꝓ ſalute? Nobis autẽ bellum hoc, pro exiſtimationis periculo eſt:
ne ius partum intercidat. Periclitamur etiam uictores gentiũ /
& principes orbis terrarum, iudicis pares uideri. quos ex equo nobis ad-
uerſarios conſtituimus: ſi non aliter n̄ pari numero congredia-
mur. Maiores nr̄i / magnas hoſtium copias parua manu frequẽ-
ter fuderunt. & quid nobis conferunt cotidiana exercitia? quid
l' diuturnus labor: ſi pares ad prelium uenimus? Nunciauimus
quidem de numero patri / quia nō licebat aliud. ſed aduertat nos
non de periculo timuiſſe. ſed reuerentiam belli arbitrio reſer-
uauiſſe. Licet p̄hibare bellum. tenere hoſtem. rapere uictoriam:
dum adiumenta ueniunt. ne n̄ tã ſuperatos aduerſarios cõmuni
robore: q̄ protectos nos uirtute ſua iactent q̄ uenerint. Quo ergo
ore in conſpectum patris ueniemus, ſi incipere bellum timueri-
mus? Quo pudore degener filius ſubibo oculos tanti uiri? qui
neſciat militem ſuum n̄ uictorem uidere? Quo m̄ ei me filiũ

probabo: cum ille ſemper triumphator/ ego etiam meo/ (qđ grauius
eſt) uictus iuditio: qui hoſti uideo ceſſerim? Quid uobis fiet conde p
nato duce/ que uob pr̄ ſecutus commiſerit? Sed malo de uirtute
uos ducis/ q̄ de ignauia cauſas dicere. Pruamus ergo in aduerſarios
ꝑperemus. preueniamus hoſtem. Primus in periculum excurram.
uos ſequimini: ut depoſitum patris cuſtodiatis. & commiſſum pa
tris reſpuetis. Ego aut̄ nō periculi ſocios exigo. ſed conſortes uicto
rie. Vos tn̄ cauete ne oblatam uobis palmam triumphi aliis re
ſeruaſſe uideamini: uobis eripuiſſe. Certe ſi ſecus ceſſerit: malo
me filium pater in mulierib; meis recognoſcat. ſi in militib; ſuis
nō recognouerit. Ponamus tn̄ offendi patrem/ ꝑrelii aggreſſione. Quid
ergo tolerabilius? precipuiſſe uictoriam/ an deſeruiſſe? In ꝑripiendo
ꝑparatio fortitudinis eſt. in deſerendo culpa ignauie. Condempnet
certe uictores pater. Reatum huiuſ non reformido. Malo reus ee
triumphante re publica: q̄ leſa innoxius. Vtinam manlii torquati fi
lium/ uel ꝑ etiam in ſolo m̄ liceat imitari periculo. quem ſecuri pater iuſſit feri
ri: qđ contra imperium patris exercitum in hoſtem ꝑduxerit. Sta
bat hoſtibus celis adoleſcens amictus adoreis triumphalib; ſub
carnifice mortis ſecurus: qm̄ beatiſſimum putabat in uictoria mo
ri. Quid e illuſtrius q̄ uitam triumpho claudere? nec ad incerta
rerum ſeruari poſt certam uictoriam? O expetendum prudentibus
omen uictorie. Vtinam & nobis hoc obiciatur/ quod uicerimus. Cer
te illo exemplo/ ſolus ego periclitabor. uos triumphabitis. Et tn̄ non ꝓ
hibuit pater nos pugnare: ſed iuſſit. qđ ad pugnam direxit. Vnde
magis ſ. patrem eſſe indignaturum arbitror/ ceſſiſſe nos iudeis/ cum poſſemus
uincere: quam pugnaſſe. Hec dicens: primus equum in hoſtem
egit. & clamore magno ſecuti ceteri: toto campo extendebantur:
quo etiā plures eſtimabantur. Traianus ergo cū trecentis eq̄tib;

Torquatus filiū occidi iuſſit
quia ꝯ iuſſū dimicauit.

finis orōnis.

missus a uespasiano: iam progrediente tito, superuenit. Nec diutius resistere potuerunt iudei: cum uirorum contis & fremitu equorum perturbarentur. Conuersi itaque in diuersa alii. plerique urbem petebant. Emicat titus. & alios a tergo fugientes opprimit. alios cedit. palantes uniuersos preuerso itinere a muris repellit. & obuius recurrentibus, fugam intercludit. Rursus tamen dum alii sternuntur: elapsi (s. sunt) alii quibus urbs refugio erat. Sed illic quoque atrius prelium. Nam qui de locis finitimis affluxerant: a principio pacem preferebant. sed populus superueniens, inuitis bellandi studia extorserat. nunc intra urbem dissensio, & tumultus (s. fit) grauis. Quo strepitu excitus: se conuertit ad milites titus. Hoc inquit est tempus strenuissimi commilitones, quod expetebam. Inter se hostes intra urbem tumultus ferunt. foris ceduntur. intus digladiantur. festinemus itaque dum adhuc dissident. ne forte periculi metu in gratiam redeant. Itaque ascendit equum, quo desilierat muris proximus. & conuersus ad lacum: per fluctus aquarum urbem petebat. Primusque in urbem irruit. & primo eum ceteri. Statimque omnes qui interius erant, dispersi in fugam: alii prosternebantur. alii ascendentes nauigia in lacum demergebant. cesi intus multi mortales. Sane qui de agris erant offerebant sese romanis: alienos culpe asserentes. Quibus pio moderamine titus parcendum putabat. solos urgens auctores rebellionis. Misit etiam ad patrem equitem, qui nuntiaret euentum uictorie. Quo delectatus uespasianus, & maxime filii triumphis quod maximam portionem totius belli confecerat, quod aduersus iudeam gerebatur: eo contendit. & iussit obseruari urbem diligentius: nequis elaberetur: eo quod uniuersi pene (uel ad penam) deberentur. Alio tamen die, (post) prope eos qui in scaphas sese contulerant: ratem fieri iussit. Que, sine mora facte: quoniam & silue finitime, & operarii plerique

Desc(ri)ptio lacus genesaret.

Lacus genesaret.

celerandi [.i. officii] muneris facultatem dederit. Namque lacus ipsius (uelut quodam maris ambitu) sinus amplissimus: in longitudinem centum quadraginta extenditur stadia: Latitudine quadraginta diffunditur. crispantibus aquis auram de se ipso sibi excitans. unde et genesar dicitur greco uocabulo quasi generans sibi auram. aqua dulcis et ad potandum habilis. Siquidem nec palustris uliginis crassum aliquid aut turbidum recipit. quia harenoso undique littore circumuenitur. et temperatior est fluuiali aut fontis rigore. frigidior tamen platide paludis equore eo ipso quod non in stagni morem sternitur aqua. sed per diffusiora spatia lacus frequentius auris spirantibus agitatur. Vnde et purior. haustus eius et mollior est ad usum bibendi. Et si qui naturali gratie studium adiungere uelit: ut estiuis suspensam [.s. aquam] ad auras noctibus more incolarum potui paret: haud quaquam niuis ritu distare arbitretur. Genera quoque piscium gustu et spetie quam in alio lacu prestantiora. Res exigere uidetur ut iordanis ortum quem alibi promisimus aperiamus. Nam superioris cui dubio utrum de lacu cui genesar nomen iordanis exoriretur: philippus tetrarches trachonitidis regionis fallaz opinionem redarguit. erroremque absoluit. mittens paleas in fialam: quas in panio fluuius ebulliuit. Vnde liquet non exordium esse iordanis in panio. sed fluentum. Non enim ibi fons eius est ut ab eo ceterorum usus fluminum cepit: sed de fiala codem subterraneis deriuatus meatibus. ibi iterum quasi fons scaturit. atque emergens proditur. Est autem fiala intra chonitide de terra centum uiginti interiacentibus stadiis usque ad urbem cesaream. fiale autem nomen species dedit. quia rote qualitatem exprimens quia ita iugiter plena est aquarum: ut neque superfluant. nec rursus

aliq̄ deriuari munitione intelligantur. Inferius itaq; menſura
q̄dam labitur aq̄. & ubi paniū eſt, rurſus ebullit: ut paleis re
ſurgentib; manifeſtatum eſt. Ita ibi iordanis reſurrexiſſe ꝓditꝰ
eſt: ubi naſci a ſuperioris t̄poris uiris eſtimabatur. Nec t̄m a
p̄ncipio eadem panij n̄ ſola naturalis gr̄a, ſed regali agrippe
munificentia, ornatus locus, uberior: ſplendidiorq; additus. q̄
(.i. ſpeluncam) ſpeleum decore admirabili, per quod ſeſe attollit iordanis, ex
tructum uenuſtatumq; accepimus. Vnde non latenti iā, neq;
abdito ꝑ caua terre meatu: ſed uiſibili, per terras, atq; aperto
flumine incipiens ſe ſuperfundere: ſemechoniti lacum, palu
deſq; eius interſecat. Inde q̄; curſus ſuos dirigens: centum uigin
ti ſtadia ſine ulla infuſione: ꝑgreditur uſq; ad urbem, cui iulias
nomen. poſtea lacum iſtum qui geneſar dicitur: medio tr̄ſit
fluento. Quib; ex locis plurima circumuagatus deſerta: aſſal
tio ſuſcipitur lacu. atq; in eum conditur. Itaq; duos lacus uic
tor egreſſus: in tertio heret. Pretendit aūt regio geneſar, eiuſ
dem nominis lacum, de quo & ip̄a uocabulum aſſumpſit, mi
rabili nature gr̄a & ſpecie pulchritudinis. Nam & ſpontaneos
fructus ſoli ubertas miniſtrat. & nemor; ferax, in uniuerſa ge
nera ſponte ſe ſubrigit arbor; pomiferarum. Et culture ſoller
tia imitata naturam: in quo uoluit uſus opime fecunditatiꝰ
deflexit gr̄am. ut nihil ſit illic q̄d natura negauerit. nihil
q̄d cultura preterierit. ita aer aptus omnib;. nec ullis unquā
alienus fructibus. Cuiꝰ tanta temperies: ut om̄i naſcentium
conueniat diuerſitati. Illic & que frigore aluntur, ſeſe multi
pliciter effundunt. et que eſtu fouentur. Illic eſtiua hibernis mix
ta. ſimul aſpicias arctoas nuces, & dactilos: n̄ locis feruentio
rib; generari neſcios. Quid ficus aut oleas loquar? quaſ celi mol

De fertilitate terre geneſaret.

lior alit tractus. Nec tamen equantur illis superioribus. Illi est principales palestine & quidam domestici fructus. eoque uberiores his uel pares. & licet longo interuallo, sed tamen proximis dicas nature & temporum iocundam contentionem. Illa quasi mater fecunda omnia creat. horum temperies quasi bona nutrix molli fotu uniuersa educat. Itaque non solum affatim generantur pomorum diuersitates: sed etiam conseruantur. ut aliqua genera maxima parte anni non deficiant. reliqua omnia tota anni etate, usque ad finem supersint. Nam & uue

·No· & ficus, que sunt in insitiuis, regalis cuiusdam gratie decem mensibus sine ullo defectu redundant & reliqui fructus, ramorum quos uel uolentia rura sponte propria protraxerint: uel ingenerauerit industria humana: ministerium suum uisionis succedentibus, usu quodam administrantium deserere non norunt. Adhanc nature fertilitatem, & aeris temperies accedit. & fontis gratia. qui (s. est illi fonti) memoratam regionem

Capharnaus fluuius. genitali quadam irrigat infusione. Capharnaum nomen ei quem nili fluminis uenam haud superfluo quidam estimauerunt. Non solum quia irriguus arua opimat (.i. impinguat): uerum etiam quia huiusmodi creat piscem: ut coracinum putes. qui in alexandrino lacu ex nili infusione reperitur. Locus quoque de nomine latus dictus: pretendit in longitudinem triginta stadiis. in latitudinem uiginti.

Reuertitur ad historia. Quoniam de natura loci diximus: ad consumationem prelii regrediamur. Preparatis itaque ratibus secundum preceptum suum: manum militarem imposuit uespasianus. que insectaretur eos: qui nauigiorum effugio pestem euaserint. Quid igitur facerent, non reperiebant. Nullus in terris salutis locus. circumfusa hoste omnia. nulla in aquis fugiendi potestas: utpote lacu clauso & undique

mioparones .i. pueschafe. romanis circumdato. Nulla etiam in exiguis mioparonibus resistendi fiducia. Quid est pauci aduersum plurimos facerent. ra

tibus appropinquantibus. Tardior quidem harum appulsus & efficatior excursus nauigiorum. sed sine ullo sui uulnere, soli clipeorum repercussis spiculis crepitus audiebantur. Appropinquare non audebant iudei. nec impune quisque scafa prius accesserat. cum de proximo facile ut telorum figeretur ictibus. uel ratibus demergeretur. (qui) temptauisset. sagitte iaculo insertus. miserabilem in fluctibus uitam deponeret. Nec diutius resistere potuerunt. cum diuerso (s. mortis) genere minuerentur. Namque paulatim concurrentibus plurimis ratibus ad litora. cogebant romani maximum numerum nauigiorum. Atque illi coartati. aut in terram desiliebant. ibique a romanis interficiebantur. aut cedebantur ab his qui de ratibus urgebant. aut concursu ratium proterebantur. aut ipsi se in lacum deiciebant. cum in scaphas eorum hostis insiliret. Cerneres mixtas sanguine aquas. plenum cadauerum lacum. Nulli est parcebatur. quicumque occurrerat. Grauis odor. teterrimus fetor locorum. sex milia iudeorum cum superioribus tamen & septingenti eo interempti prelio. Victor uespasianus, tharicheas reuertitur. Illic regionis populum (i. accolas) ab urbano discernere parabat. ut qui non fuerant auctores seditionis reseruarentur. Sed plurimorum consilio qui tantam superesse multitudinem que posset recidiua prelia resuscitare. pati aduersam & inutilem locis arbitrarentur. ubi enim consisterent patria excussi? quibus se alimoniis sustentarent exortes omnium. nisi rapto uiuerent? sententiam flexit. & sperata uenia mortis, precipit ut egrederentur ea porta, que esset e regione tyberiadis. atque ad eam urbem contenderent. facile crediderunt quod exoptabant. Cepere egredi. Sed preoccupato itinere omnia commeantia iudeorum clausere agmina. atque in urbis stadium introduxere. Ingressus itaque uespasianus spectata etate, ut robore omnium, quos sibi statui precepat. elegit sex milia iuuenum ualidiorum quos neroni in isthmum direxit

Sex milia Iudeorum tarrichee extincta.

VI. Iudeorum in seruitium ducta. mille et cc. interfecta. triginta milia et quadringenta uendita.

Senes aut & inualidos mille & ducentos iussit necari. reliquorum
triginta milia quadringentos uendidit. uniuersos aut qui
tumque de partib; regni agrippe reperti sunt, regi donauit. Quos
eque rex accepto precio, in seruitutis obsequia transscripsit. Pre
terea populus alius trachonitidis & gaulamitidis regionis, & iop
pem, & gaddarite, tamquam belli excitatores, & perturbatores concor
die, deserentes propria, incursantes aliena: qui sumptis armis
pacem uiolauissent: iustas & debitas pro flagitiorum meritis penas
dedere.

[...]it liber .iii. Incipit .iiii.

EXTINCTIS tandem his, maxima ex parte
romani, galileis urbibus ac finib; potie
bantur. non quod gaulamitidis regionis urbs
gamala, contumacis (.i. iudaici) populi alebat spiritus.
Locis nixa asperiorib;. Namque ea in monte
est sita. dextra leuaque preruptis circumcisa ru
pibus: ad summum artatur. a fronte absci
ditur profundo hiatu. in posteriora aliquantum diffunditur. ab
ea quoque parte, angusto difficilique accessu. ut caude simile iter
indicet ad urbem meantib; a summo uertice collum in imme
sum extendens. ut arcem tamquam caput preferat. atque in sublimem
erigat altitudinem. exilis a principio, & tamquam sinuato cliuosis an
fractibus solo. atque in profundum dimerso. Deinde qui montem qui
dam ceruicis medio attollens: cetera prerupta. atque in uia. Vnde
plerique a superioribus (t ab antiquis) camelam nuncupatam putant: quod formam
camele preferat. sed corrupto incolarum usu, gamele nomen
urbi inhesisse. Iam si contexta edificia spectes: suspensam ur
bem arbitrere. & maxime septentrionalia eius, pendere exis
times. reflexa (.s. existimes) paulisper meridiana. Addiderat huic quoque

Vrbs gamala & de situ eius.

Vrbs gamala al' Camela

+

urbi municiones iosephus. quibz freti & confluentis eo mul
titudinis numero regis agrippe per septem menses obsidionez
x uisserant. Nam & ipsa & sotanis & seleucia. regni eius portio
nes erant. Seleucia iuxta amenissimum illud & celebre per
i. cupressibus
syriam dafnes nemus. ciparissis arboribz intextum. scatens
fontibz. quibz pretermeanti fluuio locus quem minorem iorda
nem uocant. nutrimenta quedam lacteis uberibus infundit. Ea
tamen ciuitas & sotanis, superior gaulanitidis portio. inferior ga
malis. Unde & studijs dissonantibus, ille societatem romanam
elegerant. hec rebellabat adeo pertinaciter: ut cum rex pro
muris alloqui eos uellet: funde iaculo sauciaretur. Cuius in
iuria romani accensi, uehementius incubuere obsidioni. Con
flictumque promtissime a parte utraque. Romani a iudeis quoque. qui
regem proprium uiolassent, utilia suadentem: sine ulla uenia
se futuros estimantibz si uincerentur: totis uiribz decernebatur.
Agrippa itaque saxo dextrum percussus cubitum: bello excessit. ro
mani urbem irrupere. Cessit enim hostis missilibus. murus arie
tibus. Nam & illi qui machinas impediebant: nequaquam diu
tius resistere potuerunt. Et murus trino ariete conuulsus: per
uiam obsidentibz inobsessos iter prebuit. Sed ea res festinacionis
i. propter
inpatientiam: non mediocrem uictoribz cladem inuexit.
Namque ubi sese infudere domicilijs: dum perscrutantur uel pro
ruptum ire spolia contendunt: cedentia domorum angusta pon
deri: nutantibz fundamentis, ruinam traxere. & proxima que
que proximis illisa excidio erant. Multi romanorum illis inuoluti
tasibus, in uictoria pestem incidere. Plerique perimentes se lap
sis edibus occupabantur. Alij lacero corpore, uix semineces
seruabantur. Pleros que puluis necabat. cedebantur angustijs

Gamala
Sotanis
Seleucia
Regis Agrippe ciuitates.

daphnes nemus

Agrippa uulneratus

artati. Desuper quoque mulieres, et invalidi senes, et qui de iunio
ribus refugerant: saxa in subditos deiciebant. ut quecumque ge
nera telorum occurrerant. Caligo infuderat omnia. prospectum
eripuerat. mentem confuderat. ignorantia quoque exitum non ex
pediebat. Vix itaque subtrahentes se periculis urbis: excessere. Vespa
sianus interea dum urget hostem, in interiora urbis concesserat.
mediusque inter agmina circumfusa hostium, bellum attendebat.
Neque enim terga hosti dare. tantum conveniebat virum. neque tutum
putabat. In siriam duxerat filium titum. Excitavit note vir
tutis conscientiam: et sese marte colligens: consertis clipeis, cum
paucis quos presentes habebat: imperterritus stetit. qui in quos sese ex
cuteret: considerans. Cuius impetum reformidantes iudei, minore
vi insistere ceperunt. et metientes sibi quisque laxare aciem. Ita ves
pasianus hosti adversus paulatim gradum retulit. preliantibus
magis similis: quam cedentibus. Illic decimus primus cecidit lucius. mi
tis ante bellis probatus. et adversum iudeos note vir experientie et
valide fortitudinis. Centurio quoque cum decem aliis suis rem e
gregiam fecit. ac memorabilem. Nam in ipso tumultu cum roma
nos urgeri cerneret: in abdita cuiusdam domus sese contulit. atque
ibi inter cenandum, cum iudei colloquerentur, que romanis ma
chinati forent: nocte intempesta omnes eos interfecit. et cum mi
litibus romano sese exercitui representavit. Vespasianus autem
ubi mestum exercitum advertit plurimorum amissione: et maxime
deserti ducis pudore, quod eum solum intra urbem hostium reliquis
sent: cum summa eos gratia consolabatur, dicens. Si mei sors peri
culi verecundie vobis est: nec ego sic ad bellum processeram ut
declinarem pericula, sed usurparem. Sin vero quia et de nostris
plerique interfecti: neququam mirandum. Quae enim victoria ulla sine

sanguine est

L. decimus cecidit

pulcra oratio vaspesiani ad suos

ORO.

sanguine est. Habent prelia suos euentus. et si spectata uirtus
preminere soleat in bello: solet tamen aliquid licere casibus. Sed pru
dentis est in aduersis lapsum corrigere. in prosperis moderationem
tenere. Contra autem rudis cuiusdam atque ineruditi ingenii, secundos
semper successus presumere: quasi non aduersum uiros certamen
sit. Infirmi autem lapsu aliquo, summe rei diffidere: cum exiguis
momentis subito inclinentur omnia que in bello geruntur. Itaque ille
prestantissimus, qui inter aduersa sobriis colluctatur casibus et
supplantat superiorem. seque reparat, et corrigere proprias querit prolap
siones. At uero incuriosior suis sepe motibus cadit. et dum irruit
incautius: impetu suo fusus procumbit. Quod si hoc sepe accidit ubi
nuda uirtus: quanto magis in bello: ubi diuersi generis conserta
decernunt agmina. nec unum consilium nec consors sententia est.
Locis aduersus. difficiles asperitates. iniqua in angusto decernen
di conditio. plurimis aduersum paucos. cum et ipsa multitudo sibi
oneri sit: et pauci in pluribus minus frustrentur. Sed hec admonemen
tum sepe obrepunt: que non ex uirtute ueniunt: sed casu accidunt.
Unde nihil est quod uos angere debeat commilitones: quia non per infirmita
tem aliquam manus uictae, neque per fortitudinem iudeorum uerse res: sed
difficultas locorum nobis ad uictoriam impedimento fuit. illis ad dif
ferendum more. Neque quicquam est quod argui possit: nisi inconsultus im
petus, atque incondictus. Et enim dum ad superiora urbis illos secuti fu
istis: atque irruistis in domos eorum: ipsi uos periculis implicauistis.
Quorum successistis hospitia, suscepistis pericula. Tenebatis urbem,
quis uos coegit introrsum pergere? Descendere ad uos hostis de
buit. non uos intemperanter ad uictoriam, immemores uite, ac sa
lutis, contendere. Reparate ergo animos. et de uirtutibus uestris non so
lum consolationem: sed etiam quod amplius est uindictam pre

lumite. Me certe habitis premium pugne. Estote parati animis. Peri cula uos fortiores fecerint non timidiores. facile est iniuriam soluere si uirtus se recognoscat. his dictis accendit militum forti tudinem. Quibus reparantibus uallum: plerique per prerupta subtexe re se obsidioni. Nam iam et alimonie inopia intercludebat. et infrat ta muri cessura machinis arbitrabantur. Unus deinde fons intra urbem et ipse muris proximus erat. Que res eos in summo timore posuit: ut frequentissimi dilaberentur. Qui uero permanendum putarunt: pertinaciter preliabantur. Interea romani turrem altissimam subfodientes: ui maxima subruerunt. Quo casu concussa ciuitas. perturbati omnes: totius urbis pauentes rui nas. Unde et chares eger corpore, tanti terrore sonitus exani matus: mortem impleuit. Romani tamen patefacta urbe ingressu abstinuere: donec titus regressus et dolore pater in periculi excitus cum paucis in urbem irruit. et maximam iudeis cladem in uexit. Tamen qui in superioribus erant: saxa uoluentes, accessu prohibebant romanos. Spicula torquebant. sagittas iaculabantur. A iudeis impulsa facile in pronum saxa deuoluebantur. missilia perueniebant. descendebant sagitte. non sine eorum periculo quos offen derant. Romanis aduersum editiora montis iactus inefficax. co natus irritus. atque ipsis periculosus. Cum subito orta uenti procella, iudeorum retorquebat sagittas. repellebat spicula. Quo uero roma nus exercitus iaculabantur: in hostem ferebant. Ita elementorum ipsorum repagulis, et uentorum turbinibus oppressi: supremo exci dio capte urbis, uniuersi quicumque illic reperti sunt interiere. Qua tuor tamen milia a romanis interfecta. quinque milia precipitio perisse accepimus: nulli etati uenia data. Giscala adhuc so la de partibus galilee in se hostem non conuerteret. quoniam

finis orationis.

Miraculum

.viiii. Iudeorum extincta.

Giscala ciuitas.

incolarum eius quietiora ingenia utpote plebis agrestis contenta suis fructibus nihil belli conferebant. sed multorum cohabitu qui latrocinio uitam exercerent suam: etiam minorum studia prauis moribus corrumpebant. Erat preterea uir leuis iohannes nomine indigena. pestilens dolis, nulli uersutorum secundus. improbitate parem nescius. cui numquam defuerit nocendi affectus. aliquandiu tamen fuerit inopia coercente de impietatis impedimentum. Quod tamen diffiniam haud liquido scio utrum eum indigentia texerit: an represserit. Doli callidus. fallendi artifex. doctus mendaciis fidem querere. et credulitatem compositis adsciscere. qui fallaciam uirtutem putaret. et eligantie duceret karissimos circumuenire. Promptus ad conspirandum. uehemens ad audiendum. acer ad efficiendum. conturbator ocio. desertor in periculo. assuetus latrociniis. bellorum insolens. Que tamen consumare persequi nequiret: sereret tamen parande causa dominationis. Huic igitur animus inquietus. prompta audacia. qui processus alebant. opesque ad consociandam perditorum manum. Verum cum eius factione, [gischale] inmorate urbis populum concitari ad bellum uespasianus compisset: ne totum exercitum defatigaret: filium titum cum mille equitibus direxit. quibus comitatus: ad urbem appropinquit. Sed ubi muros populo uidit refertos: mirari se ait, quod ceterorum exemplum sequerentur ad rebellandum: quorum excidio resipiscere debuissent. Esto tamen ut prima temptamenta habuerint aliquid presumptionis. quid uniuersorum exitia spei ferrent? Venerabilis certe fuerit in principio spes libertatis. inexorabilis tamen est in ultimis et desperatis rebus perseuerancia. Nam qui [non] non exemplo humanitatis non sedulo uerborum monitu flectuntur:

praue societates corrumpunt bonos.

Iohannes Vir iniquissimus

Descriptio hominis Viciosissimi.

Titi verba ad populum Gischale.

aduersum eos nō uerba sed arma necessaria sunt. Muris fidit, quasi
aduersum romanorum uirtutem ullos protexerint. Quid aliud possunt
clausi preferre: et circumsepti pretendere: nisi quod in captiuitate auda
ces sint. Nemini erat loquendi potestas. occupauerat omnem mu
rorum ambitum predatoria manus. Cauebat iohannes, ne quis
colloquio familiari romanos mutaret. Itaque ipse precipuit sermo
nis relationem. dicens libenter se tractatum suscipere de rebus
communibus. nec experiendi usum declinare: si forte ipse utilia sua
deat. aut his que referuntur ad quiescendum sit. sed prohiberi se
lege patria, cum supersit ebdomadis sacre dies, tractare de pacis
conditionibus. Siquidem ut mouere arma interdictum est: ita etiam
illicitum consulere de pace feriatis et eiusmodi diebus, de negocio uerbo
saltem decernere. et illis sacrilegum qui cogerentur: nec illis
multum qui cogerent. ueniam se unius diei poscere. dilationem
tam exiguam nequaquam impedimento futuram. Neque enim circum
fuso hoste, effugium clausis liberum. offerri sibi arbitria pacis
tam equabili optione formidinem obesse. urgeri se interim non
oportere ad pacis consulta. quibus religioni esset legem patriam
non preuaricare. Conuenire autem tam liberali pacis oblationi: ut
qui preter spem sponte offerat pacem: ne quis prodelitetur euasu
ris etiam leges suas reseruet. hec sine dolo titus allegata arbitra
tus: receptui cecinit. et reuocauit a muris quos secum deduxe
rat. Ita iohannes fugiendi adeptus copiam: nocte intempesta cum
plerisque abscessit. Sequebantur etiam mulieres proficiscentem. Sed
quo ulterius progrediebantur uiri: eo plures mulieres et paruuli
relinquebantur. Desertaeque a suis: spectabant pauide uiam fe
mine. Et cum iam uiros proprios e conspectu amitterent: hostem
adesse arbitrabantur: ad omnem trementes sonum. Si quis cur

rexit: misere conuertebantur sese peti: sibi catenas inici trepi-
dantes. quasi iam presentes essent qui timebantur. Titus iuxta con-
uentum, iam sole infuso: ad urbem cum exercitu contendit. Aperiuntur
porte. egreditur populus cum exultatione & romanos cum leticia
suscepit. & alacritate abisse gaudens pestilentem (.i. iohannem) uirum. fu-
gisse per noctem. sed liberi iudicii facultatem datam. orare se
ueniam, ne fraudis sibi esset eius fuga: quem temere sine sui
exitio non possent. Ille dilationem uindicte consolatus consu-
mati negocii celeritate, ad comprehendendum iohannem e uestigio
plurimos milit: si forte eum consequerentur. Ipse urbem ingressus:
minis magis quam suppliciis affecisse contentus paucis perturbatores: remi-
sit omnibus ne quis uel odio uel domesticis excitatus negociis: innoxios
in inuidiam deduceret. & grauissimi criminis pulsaret atrocitate.
cum multo tolerabilius sit, id quod incertum est formidini participis
conscientie derelinquere: quam condempnare innoxium. Sepe enim
reum corrigit metus. pena autem innocentis, sine ullo remedio correc-
tionis est. Iohannes itaque, non est receptus ab his, quos direxerat titus.
sed recepti qui sequebantur eum paruuli, uel mulieres. ad duo milia
fere interfecti. tria milia autem infirme etatis & sexus: ubi satietas
necandi facta: captiuitati adiudicata sunt. custodiam militarem
ciuitati imposuit. Itaque galilea omnis in potestatem romanam
deducta. Nam & tabirius mons, cuius altitudo triginta stadiorum:
uertex autem ipse campestris, uiginti & tribus stadiis iacet: penu-
ria aque ab aliis desertus. ab aliis orata uenia, (.i. est) romanis traditus.
Licet uirtute quoque & industria placidi, cui id negocii a uespasia-
no commissum fuerat: omnis conuenarum turba, dum cedentem sequi-
tur: & arte reuocantem gradum urget: campi medio circumfu-
sa refugium amiserit. pestem inuenerit. Hactenus circumagari

ii. interfecti iudeorum. et iii. in seruitute ducti.

Tabirius mons.

placidus.

Verba auctoris.

Incipit hic tractare de excidio hierosolime

In isto loco potest intelligi Egisippum fuisse natione hebreum.

Ab specie boni multa mala patrantur.

liquerit, dum templi sancti a maioribus conditi & sacrilegis contagia
refugientes: circa alias urbes stilum occupamus. Sed iam tempus
est ut que ierosolimis gesta sunt adoriamur. non ingenio freti: sed
ne patrie legi ueterique cultui nostri doloris uideamur negasse miste
rium: fuerit licet nullis (f. lege et cultu) umbra non ueritas. sed tamen umbra desig
nat ueritatis uestigia. Habet enim umbra picture linea-men
ta. fulgorem non habet. nec ad summam perfecta est manuum.
sed diligenter intuentibus futura exprimit. Et ideo minus de
lectat figura. plus illicit gratia. Unde placuit rerum arbitrio abo
lere uetera. noua condere. ut ueritatem sequerentur, qui per
angustias infidelitatis, imagines non sequebantur. Fugiens ut
supradiximus de galilee partibus iohannes: ad ierosolimitanam
urbem se contulit. & quasi quedam pestis infecit animos complurium,
qui ex diuersis regionibus principes flagitiorum, eo quasi in sentinam
confluxerant. Hoc enim illi urbi maioris causa excidii fuit. quia
quicquid sceleribus suis deferebant perditi ut eo conuenirent: plerique uel
tutiores se fore crederent: uel insolentiores ad flagitia patrer
randa: fidei deferre estimabantur. Recipiebantur itaque passim,
qui pio templi amore defensum uenirent. Hec prima labes
malorum. hinc oppressa est paucorum mansuetudo, per plurimorum
insolentiam. hinc iterum incedens tamen minus parceret alienus. hinc
conspiratum, ut legis solemnia negligerentur. sacerdocia abo
litis; ad improbos deriuarentur. Rectis hominibus non solum a pio cul
tu: sed ab ipsa legis cognitione peregrinis, quid sanctum esset ig
norabatur. Uincti sunt primo regalis generis uiri qui resiste
bant. quo ceteri metu cederent: deinde necati. Et ut flagitium
uelaretur, quos (eorum) sine iudicio peremerant: missis in carcere sicariis
eosdem affecto crimine proditionis interemptos ementiebantur.

Perterriti itaque universi metu: quod homines potentes atque innoxii antipas. lebias. et foras tam facile oppressi forent: nec iam audebant resistere. Hinc eo processum: ut ignobiles atque indignos substituerent sacerdotum principes. ut quibus nulla emerendi honoris gratia suffragabatur: hi contra meritum suum adepti sacerdotium: ad omne nefas conferentium arbitrio subiterentur. Sed cum obviarent sacerdotales viri, et maxime ananus ceteris senior: ne per gratiam donaretur summi nominis prerogativa: sortito (i. per sortem) creari principem sacerdotum expetunt. in quo nihil gratie: sed divino iudicio committi sortis eventus estimaretur. Et revera pretendebant veterem consuetudinem. quod substituendos in sacerdotii principatum mos erat ad sortem vocari. Evidenter autem solutionem legis optabantur. Cum enim lex sacerdotalis successionis viros ad sortem eligeret: illi ad speciem de sacerdotalibus tribubus, unum emachim nomine presentem statuunt. et sortem agi precipiunt. Tunc fannis quidam sorte exiit filius samuel vitanus. vir cui non modo per principes sacerdotum ducta successio nulla suppeteret. sed ne ulla quidem scientia (i. officii) muneris sacerdotalis: eo quod ruri vacaret. et ideo quid esset princeps sacerdotum incognitum habebat. Denique attracto ex agris: et reluctanti: quasi in scena aliena persona ponitur. Induitur quoque sacratum veteri more amictum vestium. docetur in tempore quid eum facere oporteret. Ita sortis eventu exposita est nequitia seditiosorum. ut ad impitium et agrestem tanti sacerdotii functio deduceretur. Sed illis ludibrio erat circumscriptio veteris solemnitatis. sacerdotibus dolori. quod irrideri legem apditis flentes ingemiscebant. Ipsa tamen freti pietatis auctoritate et bonorum indignatione congregant sese et super perturbatores

A seditiosis primo creati sunt ignobiles et indigni in pontificium

i. seditiosi & perturbatores.

irruunt. At illi, cum & cause & numero diffiderent: ad templum
quasi in arcem confugientes: uelut castrum quoddam sibi constitue
runt, ad repellandam irruentis populi multitudinem. Ac primo ante
fores templi, atque in ipso uestibulo siti: aduersum populum preliabantur.
Si quis uulneratus fuerat: interiora templi petebat. Illic sangui
nem suum infundens interno limini. & cruenta pauimentis
saucios ora detergens ulcera, fibrasque patentis uulneris uestibu
lis quasi non liceret illis contingere fouebantur. Bellum erat
intra urbem. bellum intra ciues. bellum ante templum. Ne hoc
quidem reueriti latrones: cum a populo instantius urgerentur:
intra ipsum templum sese receperunt. & clausere ilico fores. Quo
obiectu reuocatus est ananus. ne uideretur bellum templo in
ferre. & sacratas religione maiorum perrumpere fores templi. Reflexit
impetum plebis. & sex milia uirorum in porticibus constituit: qui mu
niti armis pretenderent, sollicitam adhibentes custodiam. Pau
latim tamen emolliuit animum, ut paci consuleret. eo studio maxi
me: ne templum sanguis ciuium contaminaret. Suaderet que
mittendam legationem pacis sequestram: ut bellum intestinum
deponeretur. Adsciscitur iohannes ad exequendam legationem suscep
te fidei. uir affectande potentie successus cupiditate. Ad sacra
mentum petitur. non abnuit: ne dampnum periurii pateretur si
i. plebem
negauisset. Simulabat se plebi fauere: ut circumscriberet. Quid
plura: Pergit. de pace pauca premittit. plura subtexit ad bel
li incentiuum. dicens nomine pacis bellum inuolutum. late
re insidias. parauisse ananum romanis urbem tradere: quo so
lennitas ueterum dissolueretur. legis abrogarentur precepta.
Componens e diuerso omnia: atque inuidiam in principem sacerdo
tum referens, eorum que ipse meditaretur. callide etiam quasi sciebat

illorum qui conclusi fuerant, esse presules et factionis principes intima
bat. parate mortis formidine. asserens quod specialiter ipsis ananus
exitium composuisset. uenisse se ut fraudem manifestaret. mature
subsidia querenda, priusquam ab eis pena reposceretur. Quid plura?
i. mediator
pacis medius bellum accendit. Eliguntur qui idumeos ad prelium — *describit insolentias idumeorum*
rogent. genus mobile. inquietum. insolens. promtum ad discordias.
rerum mutationibus letum. periculi inpauidum. preceps ad prelium.
Itaque sine mora flexi ueniunt. congregantur uiginti milia uirorum,
utpote nullis terrarum intenta cultibus. sed parata latrociniis. Nec
latere potuit ananum aduentus idumeorum. Denique portam claudi
iubet. ne cum tumultu ingrederentur. sed si fieri posset: uerita
tem cognoscerent. bello renuntiarent. Ascendentes itaque sacerdotum
principes murum, idumeos de turre alloquebantur. maximo sibi — *ORO. principum sacerdotum ad exercitum idumeorum.*
esse miraculo: quod tam cito irretiti mendaciis: causas quas non
dum cognouerant: armis persequerentur. cum oportuerit eos
prius disceptatores esse negotiorum: quam bellorum preliatores. et pre
ceteris merita cognoscere: quam arma sumere et arma aduersum
uiros sui generis. sui cultus. sueque solemnitatis. nullis amplius
irrigatum iniuriis quam idumeis: qui ad societatem flagitiorum
tam grauium concitarentur. Quid enim aliud ab his, nisi parrici
dium aduersum ciues. sacrilegium aduersus templum depos
ceretur? Non solere diuersa inter se studia diuersosque mores con
uenire. Similitudo est morum, facit uoluntatum societatem.
et cognata studia sibi nectit nequissimos homines qui latroci
nio sumptum exercerent suum arrogasse sibi ut idumeos sibi
socios accerserent. tantum abhorrentes ab eorum proposito a quibus
rogarentur: ut illi patrie sue bellum intulerint. uos uero obse
crauerint, quasi alienam urbem defensum uenire. Nichil uo — *nota*

bis comune innoxiis: cum predonibus nichil comune sobriis:
cum se inebriantibus. Utinamque uini esset illa ebrietas: et non fu
roris. Qui ubi se flagitiis ingurgitarunt/ dissipando proprias
successiones: diripiunt aliena et male parta: nequius dissi
pant. deterius effundunt. Nullus rapiendi finis: quia nul
lus abligurriendi modus. Ubi se uino infuderint/ et imple
uerint ebrietates potorum: eructant crapulam negotiorum:
ut nostro rursus sanguine inebrientur. et sancte illudant religioni:
que uobis uenerationi semper atque reuerentie fuit. Fugite igitur ce
tus parricidales. et ausus sacrilegos destituite. Deserite latro
num conciliabula. Vocati estis ad consortium sceleris: uenitis
ad remedium patrie. Videmus ornatissimum prefectum/ quem
uenire decuit publico rogatum consilio: ut urbi iudeorum pres
tantissime/ que totius gentis metropolis habebatur: aduersum
hostes auxilio foret. Sed et si nos defuimus petitioni dum pa
cem speramus: et fatigare uos propere noluimus: qui excitatoribus
belli pacem offerebamus: uos tamen quasi diuino arbitrio ueneri
tis. consulite in medium et exhibete (.s. uos) partis utriusque arbitros.
Querite unde ceperint exordia tumultus. (.s. querite) qui cecinerint
quiete urbi classicum quique effuderint prestantissimorum ciuium
sanguinem. quibus auctoribus pena exacta de indempnatis sit.
Qui nobis ante romanos exitio fuerint. Aduersum illos bellum
parabamus. et hos iam hostes patiebamur. Quorum igitur cum roma
nis suspecta gratia: eorum qui romanos uindicant: an eorum qui roma
nos repellunt? Grauiora hec certe nobis quam romanorum prelia.
ab illis enim pro libertate morimur. ab istis quasi pro scelere iugu
lamur. Simulantur innoxiis crimina proditionis. et post mortem
calumpnia componitur. cum cognitio penam preuenire soleat. non

pena cognitionem. Quid enim prodest defuncto absolui: cum iudicio iam nichil debeat. Suscipimus tamen etiam sortem huiusmodi: ut post necem de innocentia queratur. Et libenter apud uos quorum causam agimus nostre defunctorumque integritatis: qui statis armati pro aduersariis. Ita nulla argumenta calumpniantibus suppetunt: ut apud uos quorum grauiorem causam habeant quam tam cito credidistis. Bonus enim iudex circumscriptum se esse mendaciis dolet. Et eo est fallenti infestior quam appetitor quod temere se impulsum ut falsis crederet: ulciscendum arbitratur. Integrum ergo nobis examen reseruate & colligite ueritatem non ex contextione sermonum: sed ex serie negotiorum. Primum omnium romanis pepercimus pacatam quos potuimus & non lacessere & forte oportuit fieri ut non excitaremus uniuersarum uictores gentium. sed hoc non est iam presentium partium deliberare. Superioris temporis fuit eligere quid sequeremur. Nunc oportet pro libertate occumbere. prestat enim pro patria mori. Commodius fuerit antea bellum pacem morti preferre. Sed quia bellum in ceruicibus (s. eminet) multi iam ex fratribus capti. alii necati. dolor ex mortuis. gemitus ex reuinctis. Eligenda magis libera mors quam uita captiuitatis. Suppetit tamen morituris falsi criminis abolere infamiam proditionis. Apud uos idumei causam agimus. Proferantur consilii. deducantur in medium nunciorum interpretes. Si tenent indices: prodant. Si non tenent: quid accusant? Ex uanis insimulant suspicionibus quas ipsi sibi conposuerunt. Non debent arguere: quod non possunt probare. Sed quia accusare non audent: dissipare peruulgus desiderant. Et ideo ad bellum prosiliunt ne in iudicium uocentur. In bello enim contentio furoris est. in pace ueritatis examinatio. Assumus enim primi.

ſupplicijs noſ ſpontanei offerimuſ. ſi tamen aliquiſ accuſator prodeat:
Aut ſi in perſonam inuidia torquetur: querite diligentius quid conſi
lij fuerit in cetu publico. Nomne ut bello instructa pararentur agmi
na: aut pro libertate unuſquiſque patriam iuuaret? Aduerſum ipſos
certe latrones, quid deliberatum fuerat non ut pax conueniret? Exaſ
pauerat publica indignationem ſingulorum dolor. innocentium ſan
guiſ. mulierum gemituſ. paternorum ſtatutorum preuaricatio. Increpuit
gemitus uniuerſorum: quia unuſquiſque ſibi ſimilia pertimeſcebat.
Ad indigniſſimos ſacerdotia deferebantur. pcti ceperunt uocibus.
illi lapidibus plebem cedere. telis necare. Exarſit publicus dolor. Illi in
templo latronum ſibi receptacula conſtituere. Itaque patris locus reue
rendus etiam gentibus: et domicilium ſanctitatis, factum eſt pre
donum conciliabulum. Et quo omnibus terrarum partibus conflue
batur ad cultum feſte celebritatis: ibi nunc ſtabula quedam fera
rum ſunt, humano cruore madentia. Licet uobis hec querere:
(p etiam) uel armatiſ ſine lege belli. Tamen fuit plerumque inter arma iudicium.
et iuſtitia depoſuit belli inſtrumenta. compeſcuit turbas, equitatis
ſententia. Poteſtis hec arma ad defenſionem urbis conuertere. que
ſuſcepiſtis ad euerſionem. licet etiam introire ſine armis: audire
et percunctari omnia. Si quid remiſſum aduerſum hoſtem re
peritis: proditionem putate. Quod ſi neque uindices uoſ: neque arbitros
exhibere uultis: quid miramini ſi porte armatis non aperiuntur?
Non iſte (.i. porte) aduerſum cognatoſ: ſed aduerſus arma clauſe ſunt. Bel
lum deponite: et porte patebunt. Hec ubi ſacerdotes locuti ſunt: — *finis Orationis principum Sacerdotum.*
et maxime ihesus ceteris ſenior: poſt ananum tamen qui ſecundo lo
co fungebatur: indignantibus idumeis, quod non continuo urbe recepti
forent: ſimon unus de ducibus idumeorum, minime inquit mirum, — *Simonis idumei uerba contra principes Sacerdotum.*
ſi aduerſum ciueſ (.ſ. ciues) ſeuiunt et clauſos (.i. idumeos) tenent: qui nationem totie

portas clausere & non patiuntur consortes/& principes suos ingre
di. Nobis de muris loquuntur: & quasi aduersarios muris repellunt:
quos amicos habebant. Quis dubitet quod parent suscipere romanos:
& forte coronare portas quando illi ingredientur. Que maior iniuria: (q. d. nulla est maior)
Patere nempe omnibus hominibus ista ciuitas solet: causa cultus/
& obseruantie. nobis solis intercluditur, quasi hostibus. soli abdica
mur. soli repellimur. Simulant se nostrum petere iudicium: quos
ne limine quidem dignos urbis putarunt. Lateant que aduer
sum illos gesserint. nostre iniurie testes & iudices sunt. Aduer
timus quid clausi patiantur: quando nos arma iubemur deponere.
Et credibile potest esse, quod eorum expectetur sententia: quorum
suspecta est fides? Festinemus itaque eripere clausos: quibus
templum carcer est factum. ne seruentur usque ad aduentum
exercitus romani. & captiui tradantur uespasiano. Auferamus
a templo obsidionem. custodes teterrimos remoueamus: qui
neminem ut ad purgandum aluum (i. uentrem) egredi sinunt. Si quis intro
ferre cibum clausis desiderat prohibetur. si quis exire ad mortem
rapitur. Crimen factum est cultus religionis. Hec audiens cessit
yhesus: considerans auersa dei uoluntate, frustra sese obniti. quando qui
dem domi forisque hostilia streperent agmina. & gemina ex par
te ciuitas expugnaretur. Fremebant idumei quod excluderentur.
machinabantur in templo siti (i. sediciosi), quomodo iungerentur idumeis.
Hos (i. sediciosos) angebat metus, ne idumei ante effectum abirent. illis (i. idumeis)
extorquebat pudor propositum regrediendi. Etiam pene obrepse
rat diffidencia: cum subito nocte oritur procella intolerabilis. Descriptio Tempestatis.
tempestas (s. oritur) atra. fremunt uenti. celum inhorrescit. uis imbrium
multa effunditur. terribiles choruscationes. tonitrua imma
nia. terrarum mugitus: ut solui mundus estimaretur. Quis crederet

plus nocuisse istud intra urbem positis: q̄ extra urbem degentib;
cum utiq; hi tectis muniti forent. illi obiecti ad imbres? Sed
amplius terruit iniurie metus: q̄ ipā iniuria. Deniq; illi qui
nulla habebant refugia tectorum. clipeis sese tegebant: ma
nentes in officio: nec dilabentes. Isti circa domos suas quisq;
dispersi: lotum dederunt. ut ab his qui intra templum erant
porte aperirentur. Anceps tn̄ & diuersa pplis sententia. Alii dnm̄
summū indignantem idumeis, tempestates mouisse arbit
bantur. qđ aduersum participes suos armati uenerant. A
nanus & pfundiora seniorum ingenia, conicectabant i
dumeos iniurias sui amplius excitari in sotioꝝ pniciem.
Anianus Deniq; sollicitior ceteris noctib; anan' illa nocte, non fati
gatione corporis: sed animi magis despatione resolutus, ces
sit rebus aduersum se fluentibus. Et militantib; in exci
dium suum mundi pcellis. nec reuisendas putauit custo
dias: q̄i daret auctoritatem dilabendi: quo cuiq; esset sen
tentia. Quam occasionem nacti q̄ in templum refugerat:
surgentes secuerunt uectes portarum. Coopatus est illis
celi fragor: ut serarum sonus non audiretur. & tumultus
egredientium. Deniq; uenientes ad muꝝ: portam que uici
na erat idumeoꝝ cetib; reserauere. ultim' ille uniuerso
pplo dies fuisset: si non ad templum priusq̄ in urbis sinuꝝ
dirigendum putassent. Sed quia metuentes s' qui intra
templum clausi tenebantur: nec cognito ingressu idumeo
rum in ipō circumfuse plebis impetus fieret: ut uindictā
morituri exposcerent: rogauerunt ut ipi p̄mitus cladi qui
merentur. tum postea liberatis ipsis, & coniunctis uirib; in
pplm effunderentur. Deduxere ad eos q̄ legatos miserant

oratum auxilia saluti simul ut inspirate mercedis irruptio
nis auctoribus eius. hoc munere potissimum rependeretur.
Quod ubi processit ex sententia: simul omnes a templo quasi
quodam castro effusi: extenta acie, quoscumque repperant dor
mientes, alios perterritos, totis caedebant viris. Nichil proderant
preces. nichil lacrime. nichil insignia honoris. nullorum meritorum
gratia. omnes passim iugulabantur. Denique videntes bestialem
in persequentibus immanitatem, quod nulli parceretur: ipsi sese
illaqueabant. miserabiliore (ut michi videtur) exitu, quam si ab hos
te perimerentur. quia voluntaria mors immanitati ascribitur.
Informis laquei nodus: etiam probro datur. Sed quis consili
i locus, ubi tantus erat metus suppliciorum: cum metueret unus
quisque non mortem, sed cruciatus ante mortem: quibus mors
remedio foret. Redundabat ubique sanguis: et maxime circa
templum quia ibi congregati erant qui clausos custodiebant.
Reperta denique illo die, cesorum octo milia quingenti viri. VIII. quingenti Iudei circha templum ab idumeis et seditiosis interfecti.
Inde conversi ad urbem, sicut gregem quendam pecorum,
ita homines quoscumque obvios habuere, interimebant. Erat mi
serabile spectaculum, intra urbem omnibus ante reverendam:
bellum geri. pernitiem iniustam pauperibus, ac debilibus in
ferri. Sane iuvenes ac validiores in carcerem retrudebantur:
quos factioni idoneos arbitrabantur. Sed magna virtute
plerique omnia subire supplicia malebant: quam ut perditis socia
rentur. Nec modus erat ullus. nec pudor: ita furebat rabies
immanitatis. Post ubi desevire visi processu temporis: causas
sibi simulare ceperunt perimendorum quo ad iuditia reos
ducerent. non ut requireretur iustitia: sed ut crudelitas exci
taretur. Erat in civitate Zacharias, qui odisset improbos. Zacharias vir iustus.

·i· ſeditioſi
nec ſeniſceret flagitioſis. diues opum. Quarum illi abundan
tiam, uel ad diſſoluendam ſuam factionem efficatem opinabāt̃:
ł ad predam ſibi uberem. hunc ꝓditionis c̃mine arceſſendum
putarunt. At ille abhuioī integer conſcientia, adeſſe ſibi cepit
cum libertate. ut non ſolum dilueret obiecta: uerum etiam re
os ipſos maximoꝝ aſtrueret flagitiorum. Apud ſeptuaginta
uiros dicebatur negotium. abſoluūt omnes: q͞a nichil q͞d a fine
eſſet ſceleri ꝑferebatur. Verum illi irruentes, & ipm̄ precipitāt
in ꝑfundum. & ꝑturbant iudices non ſolum cū iniuria: ſed &
cum ꝑiculo. ut eoꝝ exemplo ceteri in reliquum cauerent: con
ſtantiam iniudicando aduerſum eoꝝ uoluntatem aſſumere.
Rurſus tn̄ ne quis abſolueretur: ipſi irarum ſuaꝝ executores,
quos libitum erat, ſine iudicio necabant. Celus gorgon uir gra
tus & amabilis. Niger quoq; paragites, qui inter ꝓpugnatores iu
dee, ad tuendam rei ſummam fuerat electus, bellator uir. ut
etiam uulnerum cicatricibȝ, uirtutis inſignia ꝑferret: rapit̃
ad mortem. Et cum ſe extra urbem duci uideret: non iam pro
uita ſed pro ſepultura cepit rogare. ac ne huiꝰ quidem tam
mirabilis petitionis reſponſum accepit conuenienſ miſeratori
die. fingebantur calumpnie. Si quis ſe redimebat: innocens
erat. qui non offerebat pecuniam: tanq̃ reus feriebatur. Dū
hec ieroſolimis aguntur: ueſpaſianus interea partes alias de
bellabat gentis iudee. Fuerat ad eum que ſeditio eſſet ieroſoli
mis. q͞s domeſticis prelijs neces ſ' ipſi irrogauiſſent. que ſuppli
·ſ· ceperunt
cia ciuium exacta a ciuibȝ. hortari pleriq; ut eo pergeret: ne q͞d
triumpho romano & ſue glorie decerperetur. Ac ille moderatus
· ORO · Veſpaſiani ad ſuos ·
& prouidus uir, qui non id quod exuſu uulgi accōmodum eſ
timaret: ſed quod altiore conſilio rei ſumme conducere arbit̃

retur ; referre

retur: referre illa suadentibus cepit. non semper plus iuuari rem publicam: sed plerumque etiam depositis armis laudem parari et debitum patrie solui. Quid interest quomodo uincatur hostis: nostro an suo ferro. non quod suo sine romana inuidia prosternitur. Non est possunt de nobis queri, cum se ipsi consauciauerint. Simul quod iusta bella nobis mouerint significant: quando nec sibi parcunt. Vindictam hanc de celo uideri: ut furore insaniant. qui romanos lacessiuerint. Sed si quis derogari aliquid glorie nostre asserit: cognoscat preponderare sepe remedium cum silentio: quam prelium cum periculo. Denique ut maximus cunctando magis fregit hannibalem quam preliando. Et si scipiones subegerint affricam: tamen communis bellorum cum multis [s. est] uictoria. maximo [s. ad laudem] solidatum quod cunctando restituerit rem romanam. Plus itaque [s. fuit] seruasse romanum imperium quam propagasse. Equemus tamen merita uirtutum. Non minora utique in ipso bello sapientie commenta sunt: quam insignia fortitudinis. Pereant quoque suis armis. nihil laudi diminuitur et plurimum uictorie uestre adiungitur. Nesciunt suos seruare: quibus nos parcimus. Quod si imminere ceperimus. fortasse inter se resipiscant atque in gratiam redeant. Quod non uereor. sed aduersus uestram sententiam profero. At si permaneat seditio: uideantur ipsi sese expugnauisse. nihil romanum egisse exercitum. Manus nostras ociosas fuisse uictoriam non uirtute nostra sed hostili internitione inter se partam. Itaque hoc [s. est] prudentius consilium: ut absentibus nobis seuiant in exitium sui. ne quis putet eos nostris magis quam suis exercitos factionibus. Tunc melius appropinquabimus, ubi uictor superfuerit: qui nostro accedat triumpho. Certe ueniant ad nos qui fugiunt suos. inueniant apud nos salutem si quos motu pestis exagitauerit. Nec fefellit opinio uespasianum. Nam qui poterant pretio se redimere ut dimitterentur: ad romanos con

i. fabius maximus

Vnde virgilius. Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

·i· fugientium

fugiebant. Repleta erant dilabentium ſtrata uiaꝝ omnia. omſ
ſemite. Relaxabantur. diuites/pauperes/interficiebantur: quib9
pecunia deerat ad redemptionem. Multi etiam extra urbem ī
ſidias & latrocinia ꝑtimeſcebant. & maxime inopes: quibus
comitatuſ deerat. Pari itaq; foris & domi/ꝓpoſito ſibi periculo:
utroq; ꝑnitioſo. pleriſq; tn̄ patria ſpe ſepulcri: morſ apud ſuos
tolerabilioꝛ eſtimabatur. Ubi ſtrage maxima ꝓꝑtoꝝ/metus in oēs
ſparſus ſubditos/factioni fecit uniuerſos: Non contentus cōmu
nem cum principibus factioniſ exercere iohannes potentiam:
tirannidem affectare cepit. & parem indignabatur. Deſtrue
re itaq; alioꝝ ſtatuta: nichil niſi quod ſibi libitum foret ratū
habere. paulatimq; ſibi aſciſcere ſtipatores. Artifex dolo quos
uellet & fraude circumuenire obligare pecunia. terrere poten
tia. quibus artibus plurimos ſibi aſſociauerat. Rurſus non dee
rant/qui uel ꝑiculoſo ſtudio ſeruitium detractarent. cum pre
ſtim dn̄ationeſ aſſueti; tolerare ſeruitutem nequirent. Decerne
bant itaq; in una urbe tria genera exitialium calamitatum ti
rannides. bellum. ſeditio. quarum unaqueq; non unā ſed pluri
mas urbes deleret. Ex tribus tn̄ leuiuſ bellum erat. & iuſtus
hoſtis. tiranno aut factione tolerabilioꝛ uidebatur. Acceſſit his
q̄rtum genuſ ſicarioꝝ. Qui occupatam tirannicis motibus/aut
ſeditionis tumultib; urbem uidentes: uicina omnia depꝑdabā
tur. Aſportabant omnia. Mulieres & pueros. qui laborem itine
ris/uel ſexus/uł etatis infirmitate ꝑpeti non poterant: neca da
bant. Septingenti itaq; numero ꝑempti. Subuectatum in caſtel
la frumentum. Irruebant agriſ. urbibus. templis. predas age
bant. necandorum occaſio non pretermittebatur. Agmini ſpe
cie latrocinium exercebant. plures q̄ uſus habebat ſaſcinandi:

Tirannides. bellum. Seditio.

Septigenti a ſicariis ī vicis īterfecti.

Latrocinij seuitia bellum accruabant. sine uenia dedicionis
aut susceptionis indulgentia. Rogatur itaque uespasianus ut
ad remedium ueniat: a quo excidium metuebatur. Contendit Vespasianus.
gadaram: ubi opulenti plurimi, qui patrimonij sui causa, ma
gisque latronum insidias & incursus pertimescebant. Et ideo oc
culte ad uespasianum miserant, ut ad se appropinquaret. quo ci
uitas a latrocinibus erueretur. Affuit exercitus romanus.
Quem uidentes gadarenses, confugiendi ·i· desiderium notum habebant.
sed quoniam inexitiabile sibi id foret: non reprehendebant. ne in disce
dentes insurgeret factio. atque uniuersos deleret. Non pretierit
tamen legatione gadarensium, inuitatum uespasianum. cuiusque
legationis consilium (utpote urbis primorem nomine dolesum)
Quem capientes interemerunt. atque ulti iniuriam: egressi ur
bem, in abdita & munitiora sese contulere. Gadara romanis
tradita. & cum ingenti plausu susceptus uespasianus. Is conti
nuo ad prosequendos eos qui refugerant, placidum direxit. placidus.
·i· uesp· ipse reuertitur in cesaream. Placidus premissis quingentis
equitibus, fugientes secutus: coegit eos in uicum qui proximus
erat, concedere. In quo reperta electorum pube iuuenum, audaciam
sumpsere. ut insurgerent in romanos. Que res illis maxime
cladi fuit. Nam circumfusis equitibus a uico exclusi: sine ullo
cedebantur impedimento. Et dum alij conferti sese reciperent:
ante limina portarum trucidabantur. Cesorum cadaueribus
aggerata moles: adequauerat murorum altitudinem. Roma
ni alios sagittis figebant. alios sauciabant diuersis missilibus.
Ad postremum castellum expugnauere. ibique omnes non qui
bus elabendi facultas fuit, interfecti. alij fugientes, ingentem
famam romane uirtutis suis sermonibus exaggerabant. ma

iora sibi q̃ hominum uisa corpa. nullam cuiq̃ resistendi aduersum inuictos fiduciam. Vnde perterriti omnes, fugere ilico. Nec solũ uicina & finitima. sed iericho urbs, que ꝓpter mole multitudinis agmina spem ceteroꝝ fouebat: relinquebatur. Placidus rebus ex sententia fluentibꝫ: eos quoq; ꝑ equites insectatus: alios cõfertos: alios palantes: sternit usq; ad flumen iordanen. Maximum quoq; numerum ad ripam fluminis reppit, impedimento transitus. qđ tũc forte ꝑdictus amnis imbribus auctus. aut resolutis niuibus, intumuerat. At illi ũ romanos adesse uiderunt: parant se se. & ad oram fluminis stipant. necessitas, intercluso fuge subsidio, remedium in manus uertit. & impetu fc̃o: multi super paucioRes eq̃tes arietantur. Illi arte nota, & ueteri militie more, inter equitantes dissicere hostium cuneum. dissoluere globos. fessos urgere. cedentes sequi cepe. Sic alij ferro hostium: alij suo, qđ nimium conferti atq; in se relisi incurrerant: inficiebantur. Alij in flumen ruebant. qui ipã sui ruina, & alius alio implititi, demergebãt. Plerique etiam estimantes quod possent pretergredi: sese fluuio dabãt. Quos paululum progressos sorbebat gurgitum uis: aut fluminis ictus abripiebat. Et si qui natandi usu super aquas ꝓcesserant, ac fluentis subter labentibꝫ se suspenderant: aut arboꝝ ramis impediti, qui fluuio deducebantur: aut ipsis caudicibꝫ oppressi: aiam ponebant in flumine. Sepe etiam nandi indoctus, ubi natantem apprehendisset: tenebat ut ipẽ pariter euaderet: & astrictum brachijs defatigabat: donec uterq; mersus, alter alteri exitio foret. At si quis forte sco̅ amne decurrens, euasurus estimaretur: insuebatur sagittis. ac subito resupinus cessantibꝫ brachiorũ remigijs intibat. Fuere etiam qui natare nescij, dum ex ꝑtem doloris mortem ꝗrunt: edito riparum thoro, in fluuium sese ex

Necessitas.

Interlinear glosses: "i. ripam" (over "oram"); "i. romani" (over "Illi"); "i. dissipaverre ceperunt" (over "dissicere").

cuterent uoluntarii. alii harenoso ingressi littore, merso uestigio
deprimeretur. Plerique etiam saxorum teretum lubrico, aut uado
sis offensi locis: instabili fluctuantes gradu: fluentis sequentibus
obruebantur. Cesa ferro tredecim milia. innumerabilis aut multitudo fluuio consumpta. Preda ingens ad ouium gregibus & camelorum atque asinorum & boum parta. Que licet strages hominum maxima
fuerit: tum uero maior estimabatur: quia non solum regio omnis repleta erat cadaueribus humanis: tum dispersi ac palantes quibuscumque
in locis comprehensi fuerant interierunt: uerum etiam ut iordanes [.flu.]
ipse, defunctorum corporibus obstructus, cursus proprios dirigere non
posset. Asfalcius quoque lacus cruore & uisceribus defunctorum, mutaret nature speciem sue. in quem omnia quecumque iordanes attraxerat inuehebantur. Denique nonaginta [xc] duo milia & ducenti illa
die iudeorum perisse estimati, a quingentis tantummodo equitibus: &
tribus milibus exercitus pedestris. Progressus quoque adulteriora
placidus: abilam & iuliadem & betesmon & omnes uicos loci ipsius,
usque ad asfaltum lacum, romano imperio restituit. Scafis quoque imposuit milites. a quibus uniuersi qui in lacum memoratum confugerant
extinguerentur. Itaque & hec omnia usque machetuntam recepta. Vespasianus tamen tempus prelii opperiebatur [.i. expectabat]: quo metropolim [.i. hierusalem] tocius iudee exercitu romano adoriretur. Inter que occupata rebus sibi creditis, motus noui ex gallicanis partibus insinuantur: quod a nerone potentes
quidam romane militie uiri desciuissent. Quo comperto, cupiens
intestina bella, ac summe rei, totiusque romani imperii periculum,
confecto in oriente bellorum tumultu, leuare: ut rerum secundarum
nuncijs, motus omnes italie, uel comprimeret: uel preueniret: Ubi primum seua hieme temperata, ueris principio: cum maiore parte exercitus, de cesarea iter mouit. excepit eum antipatris nomine ci

Marginal notes:

.xiii. Iudeorum ferro interempta preter innumerabilem multitudinem fluuio submersam.

.C.viii. duo milia & .cc. Iudeorum perempti.

Vespasianus.

X

Antipatra. ciuitas.

uitas appellata. Inde procedens exurebat uicos. necabat eos quos repperiebat alienos. ac maxime idumeis uicina quecumque offenderat, depopulabatur. quod inquietum genus hominum, bellis potius quam otio uit quieti amicum foret. Duos quoque idumee uicos ligarim & caparthoren, eorumque incolas comprehendens: maxima strage labefactauit. Siquidem super decem milia uirorum perempta. mille captiuos abduxit. Reliquum uulgus expulit, ut ibi constitueret manum suorum: quia montana locorum regionis eius latrociniis infestabantur. Ipse enim cum exercitu amathum repetit: que de aquis calidis uocabulum sumpsit. quod aquarum uapore. sirio sermone amathus appellari fertur. Therme quoque grece dicitur. eo quod calidum fontem habeat intra muros. Deinde per samariam iuxta neapolim iericho contendit. ubi occurrit ei traianus, multam manum agens, ex his qui ultra iordanen siti per regionis populi inditionem romanam uicti reuerterant. Nuntio itaque aduenientis romani exercitus, plerique ex urbe iericho, quod eam in tutam uiderent, in montana ierosolimitane regionis sese contulerant. Residentium turba omnis consumitur. Neque enim difficile fuit urbem imperato capi: que nec naturali fulta esset munimine: & a suis esset dilabentibus deserta. ac destituta. urbs condita [i. est] in campo. cui supeminet mons diffusior. & nudus gignentium. Namque secundum septentrionalem plagam usque ad scitopolis urbis terram extenditur. ex parte meridiana usque ad regionem sodomitanam: & assaltitos fines diffusus habetur. Egrum autem & ieiunium [i. sterile] ieiunium solum [i. est] & ideo desertum ab incolis. quod sine ullo usu esset cultoribus. naturali sterilium a iuliade & plaga septentrionali assurgit. Ipse autem pretendit in meridianum usque ad sobaros arabie petre consi

Marginalia:

.X. Iudeorum in idumea extincta. mille in captiuos ducti.

Amatus. Therme.

Situs ciuitatis iericho.

minos. ubi etiam mons: usu ueterum ferreus nuncupatus.
Inter hos duos montes campus iacet: quem propter magnitudi
nem (quod in multa spatia porrigatur) ueteri usu incole, magnum
appellauere. Cuius longitudo triginta & ducentorum stadiorum:
latitudo centum & uiginti. Exordium a uico genuabari. finis
usque ad affaltium lacum. Iordanis cum medius campum inter
secat. non solum ui offensa: sed etiam adiuncta gratia, uiridantibus
ripis, fluminis alluuione. & succedentibus affaltio & tiberiade
amnis fontis & utroque diuerse qualitatis lacu. Namque alterius aque
sapor salsus: & sterilis usus. tiberiadis autem dulcis, atque genitalis.
Sane in diebus estatis, inmodicus per spatia campi exestuat ua
por unde: coalescente uitio nimie siccitatis. atque humi aride. cor
ruptior aer miserandas incolis conficit egritudines. Arida sunt est
omnia, preter horam fluminis. Denique in remotioribus egrescit, [uel etiam] &
fructus arborum. Siquidem & copia uberior: & fructus palma
rum opimior: qui supra ripas iordanis fluminis gignitur. Alius

De ubertate terre Iericho in Idumea.

longe exilior. Est etiam iuxta iericho urbem, fons abundans. atque
idem, uberior ad potum. pinguior ad irrigandum. quem ihesus

Ihesus naue.

naue natione hebreus, manu ualida primum genti eripuit cha
naneorum. is in principio corruptior habitus, ac sterilis ad generan
dum. potantibus & [uel etiam] usui parum salubris. Unde rogatus ab incolis

Heliseus propheta. Nota

eliseus propheta, idemque helie discipulus: & tanto successor nequaquam
indignus magistro: ut hospitalitatis sue mercedem relinque
ret: quos uisitauerat locis, & corruptelam aquarum leuaret: re
medium dedit. sicut regnorum uetus scriptura edocet. precipi

Miraculum.

ens uas fictile cum sale deferri sibi. Quod accipiens, deiecit in fon
tem sal: & dixit Sanaui aquas istas. & non erit in his moriens.
neque sterilis ab eis. Et sanate sunt aque, secundum uerbum inquit helisei

·i· hora

prophete. Ex illa itaque benedicte ſalis infuſione, temperate aque reſera taque ora fontis. ſanctificati ſunt aquarum meatus: ut dulciores potus uenarum ſcaturigo effunderet. & omnis illa dulceſceret aquarum amaritudo. uberiores fructus terra daret. generande quoque ſobolis opima ſucceſſio. largam poſteritatis copiam ſubminiſtraret. Nec deſiceret genitalis aqua: cui diuina gratia pro uiſtorum fidelibus ſtudiis tanti prophete benedictionibus aſpirauiſſet. Conuertit itaque naturam aquarum, ad preces prophete, caeleſtis oraculi reſultatio. continuoque ſterilitatem depulit. fecunditatem infundit. Cepere illic crebreſcere generationes hominum. fructus terrarum. ſucuſque ante ieiunus & amarus internecare ſolitus ſata, triſtiaque bibentium ora torquere: fertilitatem ſolo, potantibus ſuauitatem, infundere. ut ſi breuiter alta contingat: plus proſit quam ſi diutius irrigauerit. Eſt enim noua gratia, ut profectus redundatior ſit, ubi uſus minor. & ubi amplius quis quam uſus fuerit: ibi minor fructus ſit. Eoque plus ceteris fontibus rigat: quia uel exiguum eius abundat ad ubertatem. Denique campus eum circumiacet ſeptuaginta ſtadiorum in longitudinem: uiginti in latitudinem patens. In eo mirabilem hortorum gratiam cernas. uaria palmarum genera. tantamque dactilorum dulcedinem, ut mella defluere ſpectes: haud ceteris inferiora. Sunt etiam illic preſtantiſſimi apium fetus. Nec mirum, ubi tam diuerſis inhalantes floribus, paradiſi ſuaues fundunt odores. illic opobalſamum gignitur. Quod ideo cum adiectione ſignificauimus? quia agricole corticetenus uirgulas incidunt eas, in quibus balſama generantur. ut per illas cauernas paulatim diſtillans humor, ſe colligat. Cauerna autem greco ſermone ope dicitur. Illic ciprum: illic miro balſamum naſci ferunt. & alia iſtiuſmodi, que in aliis locis haud quaquam reperiuntur. aqua ut cetera fontium, illic tamen preſtantius eſtate frigi

quomodo colligitur Balſamum.

da hieme tepens. Aer mollior. ut summa hieme lineis incole utantur
exuuiis indumentorum. Nunc Affalcij lacus qualitatem spectemus? — *No. de Affalcij lacus qualitate & natura.*
Melius est enim in locorum ueterum descriptionibus uel [ꝑ etiam] ueterorum
elementorum miraculo. quam in iudeorum seditionibus stilum occupare.
[i. seditiones] [i. descriptiones locorum]
Siquidem ista flagitio mentem exasperant. illa demulceant animum,
dum recensentur. & ad ueteris historie reuocant cognitionem. No
bis autem, quibus incultum ingenium cordi est, patrum ex egipto egre
dientium usque in terram repromissionis repetere uestigia. ut si cui
forte nostra in manus ueniant. non nostra legat. sed patrum relegat.
Dulce est enim inter maiorum uersari habitacula. & ueterum dic
ta factaque recensere memoria. atque eorum inherere gestis. Sed iam siue
naturam, siue qualitatem aque exprimamus. ne noster quoque in eo lacu ex
cecantur stilus: ex quo omnia quecumque mergenda putaueris uiuen
tia. tamen resilire opinio est. & quamuis uehementer illisa, statim excuti.
Aqua ipsa amara & sterilis. nichil recipiens generum uiuentium. — *No. Mirabile.*
Denique neque pisces, neque assuetas aquis, & letas mergendi usurpatur
aues. lucernam accensam ferunt aquis super natare sine ulla con
uersione. extincto demergi lumine. & quamuis demersum arte. [ꝑ q.] quod
uiuat. difficile herere in profundo. Denique uespasianum ferunt pre
cepisse, nandi ignaros, reuinctis manibus in profundum deici. eosque
omnes ilico supernatasse. quasi spiritu quodam uenti leuatos. & ad
superiora ui magna repulsos, resiluisse. Multa fabulosa de hoc lacu
plerique estimauerunt. que nobis in exceptis ueritatem rei premere.
nequaquam consilium fuit. Mutari etiam ter in die colorem aque. & ad
radios solis uarie refulgere. non placuit pro uero locare. cum sit ipsius
aqua lacus obscurior ceteris aquis. & quasi aduste preferens simi
litudinem. Certe si ad radium solis & ipsa resplendeat. nichil nouum.
& quasi pro miraculo premendum. cum hoc commune sit aquis omnibus.

Vagari ſuper aquaſ bituminis glebas: certum eſt, atro liquore. quos ſcafis appropinquantes, colligunt quibus id muneris eſt. Heret ſibi fertur bitumen: ut ferro haud quaquam uel alia penitus metalli ſpecie recidatur. Sanguini ſane cedit mulierum: quo menſtrua ſoluentes leuari feruntur. cuius ac tactu uel urina (ut allegant quibus experiendi uſus fuit) interrumpi proditur. Utilis autem ad compagem nauium fertur. et corporibus hominum ſalubris, admixta medicamentis.

Longitudo & latitudo admodum magna lacus alfaltidis.

Longitudo latus eius uſque ad zoaros arabie, dirigitur ſtadiis quingentis octoginta. Latitudo in ſtadiis centum quinquaginta, uſque ad uicina ſodomorum. qui quondam ubertimam regionem inhabitabant: abundantem fructibus. diſtinctam quoque urbibus ſplendiſſimis.

Sodomorum Regio

Nota causam exustionis eius.

Nunc autem ea locorum deſerta, atque exuſta incendio ſunt. Nam cum omnia illis deus ſuo contuliſſet munere. arua frugum feracia et uineis, ceteriſque fructuoſis arboribus ruſ conſitum. ingrati, nec pre oculis habentes potentiam dei ſummi: qui non omnia cerneret: omnia perſpectaret flagitia: nichilque eſſet quod illum latere aut preterire poſſet: ita intemperantie ſue probris miſcere uniuerſa, ac polluere cepere. quibus diuinam contraxere offenſam. et per ſcelerum precio, de celo deſcendit ignis: qui regionem illam exureret. Quinque itaque urbes incenſe: quarum umbra quedam et ſpecies in fauillis uidetur. Arſere terre. ardent aque. in quibus celeſtis ignis reliquie recognoſcuntur. atque adhuc manent.

Miraculum.

Spectes illic ad ſpeciem poma uiridantia formatos uuarum racemos, ut edendi generent ſpectantibus cupiditatem. Si carpas fatiſcunt (i. rapiuntur) ac reſoluuntur in cinerem. fumumque excitant quaſi adhuc ardeant. hec propter impiorum ſupplicia de ſodomitano territorio comperta ſilentio obducere non oportuit. his enim decurſis remunerationem piis fore, dubitari non poteſt. Veſpaſianus itaque proxi

ma queq; ierosolimitane urbi castella/ uel urbium munimenta/ distributo exercitus romani uel sotiorum subsidio replebat. ut aduersa sibi omnia cognoscerent: que ante conspiratura secum ad bellum contra romanos gerendum arbitrantur. Nichilominus etiam lucio annio gerasam destinato: insidiis urbem cepit. Mille etiam iuuenes interfecit. quibus preuentis exempta est fuga. Captiui abducti plurimi. atque uniuersorum patrimonia a militibus inuasa. Precepto ducis; possessiones que recepte fuerant: exurebantur. rapine exercebantur. Vastabant romani montana atque campestria. quibus ierosoloimitana ciuitas/circumfusa bello undique ardebat. Nec feriati erant ierosolimitani a suorum sensu periculorum. quibus omnes intercludisi erant exitus: ne quis fuga periculo eximeretur. Intus malum intestinum. foris clausa omnia neque manendi uoluntas. neque fugiendi erat copia. Et si quis a romanis ueniam tum suffugio sperauerat: a suis egredi prohibebatur. Regressus erat uespasianus in urbem cesaream: ut non collectis omnibus uiribus adoriretur ierosolimitane urbis obsidionem. Nuntiusque aduenit; cesum neronem tertio decimo exacto imperii sui anno: cum iam de anno sequenti octauum diem degeret. Dignus ea pena. qui non solum fidem sacrilegio. pietatem parricidio. pudicitiam incesto uiolauerat: sed ipsam quoque potestatem romani imperii. cuius uel officia uel negotia; improbissimus libertorum commiserat. Cum enim ipse nulli fidem seruaret: omnes suspectos habebat. Et ideo nequissimis se nunfidio & gemellino precipue credendum putauit. quos uilis conditio obnoxios fecerat. Sed & ipsi exemplum crudelitatis eius/ aliquando perhorruere. Et quia lenones sibi quosque interemerat: cauendum in se rati: pro

Lucius Annius. mille Judeos interficit. & plures captiuos ducit.

Vespasianus.

Mors Neronis qui xiiij. annis & octo diebus imperauerat.

Nunfidius et Gemellinus.

Manganum

Galba Neroni ſucceſſit. q(ui) ·vii· menſib(us) īpauit

Oto poſt galbā īpauit t(ri)b(us) menſib(us) & duob(us) dieb(us).

uenire uoluerunt, quod metuebant. Itaq(ue) facta tum ceteris con
ſpira[illegible]cione, parricidiam deſerunt. Cui enim parricidiis
eſtimabatur: q(uo)d matri nō pepercisset? deſertus igitur ab omnib(us)
ſuis. fugit ex urbe cum quatuor liberis ſuis. Et cum ſe urgeri im
minentib(us) cōiuratiſ. atq(ue) agmine aduerſo, uideret: in ſuburba
nium ruſ clanculo conceſſit: diſciſſus & dilaceratus ſentib(us): du(m)
formidat a quoq(ua)m uideri, ne p(er)deretur. Deinde cum ſe circumſep
tum intelligeret: ne graues pene exigerentur: manganum q(u)id
dam ſibi de ligno parauit. & manib(us) conpoſuit ſuis: quo ſe ne
caret. Et ad liberos conuerſus, q(ua)lis inquit artifex moritur. Ita
acerbiſſim(us) parricida. dignum meritis ſuis uite exitum tulit.
ut qui matrem. ac ſuos occiderat: nec ſibi parceret. Vere bonus
necis ſue artifex. qui cōmentatuſ eſt ut ſic periret: ne ult(ra) mors
ſua ſcelere uacaret. Fama itaq(ue) interfecti neroniſ peruenerat, mo
re ingenii humani: cui ſatis eſt ubi cupita accepit, cetera non requi
rere. ſed ſtatim diſſipare: atq(ue) inexploratum in uulgus mittere
quod delectauerit. Nec multo pˢᵗ tū galbam romano imperio p(re)
eſſe innotuit. Vn(de) ſententiam noui p(ri)ncipis, de bello iudeorum, ſuſci
tari ueſpaſiano cōſilium fuit. miſitq(ue) titum filium & regem agrip
pam. Titus de achaia reuertitur: cōp(er)to quod etiam galba ſepti
mo menſe, ac die, aſſumpte poteſtatis exutus inſignib(us): penas
luiſſet, in medio ſinu urbis. id eſt, romano foro. & otho potiretur
rebus ſecundis. ac ſucceſſu imp(er)iali. Agrippa romam cōtendit, ut
apud nouum p(ri)ncipem locaret gr(ati)ā. Tito pluris uiſa eſt paterne
pietatis reuerentia: q(ua)m principalis poteſtatis. quod inconſulto
patre ſi p(re)tenderet: ne ipſi quidem principi placiturum putaret.
Certę exitus docuit oportune eum rediſſe ad patrem. rebus
nouiſ, & incertum quo uergerent. Denique etiam ueſpaſian(us) arxi

de totius imperii romani ac patrie statu: bellum suspendit. atque
impetum tenuit suum. post habitis que in iudea gerebantur: pre
totius summe cura et pia erga patriam sollicitudine. Sed iudea
non feriebatur, que grauius bellum inter suos: quam aduersum exter
nos gerebat. Nam cum iohannis factio esset intolerabilis: insur
rexit preterea simon inferior quidem morum improbitate. sed for
ma corporis magis fretus: ad omne audendum nefas et latrociniis
assuefactus, ad usum et temptamentum flagitiorum. Ciuis erat
ierasenus robustus iuuenta. Quem princeps sacerdotum ananus
perculsat, propter nequitie comenta. pulsumque eo quem inhabitabat lo
co: in alias regiones concedere coegit. At ille, cui nullus esset inter quie
tos et modestos locus: contulit sese ad consortia latronum. ipsis quoque
in principio suspectus: ne eos factione circumueniret: facile postea
morum se infudit societate. Populabatur cum his, ea que essent fini
tima munitionibus: quod illi ulteriora petere non presumebant.
sed quasi in foueis latitantes: insidiabantur pretermeantibus,
sine ullo excursu. qui domestico latrocinio contenti. Id simon ani
mi inmoditus, tolerare diu nequiuit. breuique sibi multorum
quesiuit manum: pollicens seruis libertatem. liberis premia.
perditis remunerationem. Ita confluentibus plurimis ad depre
dandi licentiam: expugnare munitiones. occupare urbium po
pulos ausus: terribilis omnibus erat. Receptaculum sibi in uico cui
nomen aiatus muris parauit. Iamque uiginti milibus armatorum
stipatus incedebat. cum subito metuentes ierosolimitani cottidi
anos eius processus: et aduersum se futuros rati, si diutius adole
uissent: succidendos putarunt. Repentinoque excursu armati:
simonem adoriuntur. Nec ille incautus, atque impa[illegible] ratus
insidiis patuit. sed excepit aduenientes et plerosque [illegible] fu

De simonis uita et nequissimis moribus.

dit. alios coegit in urbem sese recipere: bello fugatos. Idumeis quoque
congressus: equalis recessit. Et quasi uictus, quia non uicerat angeba-
tur. Rursus cum congrediendum foret, commodius arbitratus
dolo experiri: repperit spontaneum fraudis ministrum. Namque
Iacobus unus ex principibus idumeorum.
ubi intellectum est quid iste affectaret: iacobus unus ex prin-
cipibus idumeorum, uafer et callidus, ad huiusmodi negotia: uenit
ad simonem clanculo: et optulit patrie sue proditionem. ut fidem
daret quod uniuersos idumeos circumueniret. Postulataque mer-
cede future societatis: quo potissimus apud eum et fidissimus
foret: pollicetur uniuersorum proditionem. Conuiuii federata gratia:
promissisque ingentibus simonis: firmata inter utrumque est pactio.
Ubi ad suos reuertit iacobus: iactare primo paucioribus cepit:
exploratum scisse uires aduersariorum. uidisse ualidam ma-
num. expertos belli uiros. multitudinem maximam. et bello insu-
perabilem. Inserere paulatim sermonem istiusmodi principibus:
postremo infundere per uniuersos ipsum simonem ad modum stre-
nuum. qui regio more exercitum instituisset. ordines seruaret.
numeros distributos haberet. ductores idoneos prefecisset. consu-
lere sibi idumeos oportere: ut talem uirum amicum potius: quam
hostem experirentur. Certe si in congressu superiorem uiderent: ce-
derent. sine periculo cauerent prelium. Ubi plurimorum inclina-
ta in sententiam suam studia cognouit: edocto simone ut in aciem
prodiret: securus future dispositionis idumeorum, ille (simon) non distulit. hic (id est Iacobus)
uelut antesignanus cum suis, et quasi ad preliandum promptior: ubi
a ferentariis temptatum prelium: priusquam in manus ueniretur:
Conuerso equo, fuge se dedit. Idem sui fecere. Ita conuertit, dis-
persit que acies uniuersas. et uictoriam simoni sine cer-
ta mine belli tradidit. Ille potitus tante gentis tum

pho: insolencior in ceteros factus: chebron uenustam urbem. ce
lebrem pplis. opum diuitem. añ expectatum cepit. multamq;
in ea predam repperit. diripuit fructus uberrimos. fertur enim
antiquissima nõ solum palestine urbium ciuitas: sed etiam om̄
que sunt in egipto a uetustis condite. ut etiam mēfim/ que anti
quissima habetur: posteriorem plerique existiment. fuere etiam
qui habitasse in ea patrem abraham dixerint. postea quam de
mesopotamia profectus: egiptum petijt. filiosq; eius/ illic sepul
chrum habere pulcherrimo exstructum marmore & opere elegã
tissimo. septimo a ciuitate stadio. Terebintus illic magna arbor/
a constitutione mundi fuisse asseueratur. Nunc tñ utrum ad
huc maneat/ incertum nobis. Inde [i. simon] progrediens uastabat terri
toria. expugnabat urbes. congregabat pplos. q̄draginta milibz
armator stipatus/ exinaniebat omnia/ quecumq; uel q̄si amicus
& socius accesserat. Quis ē locus tantor supperteret alimentis. Solo
pedum uestigio inmodum pauimenti pterebantur uniuersa.
in quibz tantus constiterat numerus preliatorum. Nec soluz
quicumq; erat fructus auferebatur/ q̄si quibusdam excisus lo
custis: sed etiam in posterum pauimētata humus/ fructus ne
gabat. Terrebat iohannem/ quod simonis augebatur potentia.
& totius factionis socij quatiebantur. uolebant pditum. sed
bello non audebant lacessere. Itez insidias parant. & obsiden
tes itinera: uxorem eius cum omni comitatu muliebri/ &
paucis uiror psecutoribz/ rapiunt. lactabant se q̄si omnem
confecissent uictoriam. ac uelut ipsum simonem captum
tenerent/ supplicaturum sibi arbitrabantur. At ille dirus inimi
cus/ qui nullius affectu conueniretur/ nichil carum aut sanctuz
haberet: inflammatur q̄si accepta iniuria: potius quam erepta

Chebrõ urbs Palestine omnium antiq̄ssima. i q̄ habitauit habraã.

Memphys. ci. egipti.

Terebintus arbor. Nō.

gīā. Multoſq; ſenioꝝ grauibꝫ excruciabat tormentis quoſ cepiſſet.
Pleriſq; incidebat manuſ. quoſ ad hoſtem truncato corpore dimit
tebat: ut euiſ annūtiarent crudelitatem. inſinuarent in mari
quod muros ſubuerteret. urbem excideret. nͥ ſt ocius uxoꝛ ꝓpria
reſtitueretur. Similiter manuſ & uiſcera truncaturum omnibꝫ
qui intra urbem degerent: nͥ mature conſuluiſſent. Ita ꝑterre
facti, uxorem eius ād eum dirigunt. Quo mitigatus furor eiꝰ,
aliquātam requieſcendi clauſis copiam dedit: ut non urgeret ob

hic uidet' deficere teſtꝰ iſte.

ſeditionem ſidionem ciuilem. Nec ſolum galba interfectus, ſed e

Otho īpator, a Vitelij militibꝫ īterficitur et ipē rebꝫ potitur.

tiam otho extinctus, uitellij ducibꝫ congredientibꝫ: quem gallita
nus exercitus creauerat imꝑatorem. Et pͥmo quidem certamine:
ſuperioꝛ otho uiſus eſt. Repetito poſt diē prelio: cū cōꝑiſſet otho ua
lentij & cetine uitelli comitibꝫ uictoriam ceſſiſſe: plurimos quoq;
ſuoꝝ interfectos: brixie poſitus, uoluntaria nece eripuit ſe ludibᵒ.
duobꝫ diebus & tribus tm̄ menſibꝫ rerum potitus. Victoꝛ itaq; ui
tellius cum eo qui utrimq; ſuꝑfuerat exercitu: romam tetendit.

Veſpaſianus.

Veſpaſianus tunc temporis ꝑfectus ex urbe ceſarea, uaſtabat
iudeam. montana omnia & finitima. & munitiones debellabat.
inficiebat reſiſtentes. p̄tantibꝫ impartiebat ueniam ſalutis. fu

Cerealis.

gabat aduerſarios. conſtituebat ſuos. Cerealis quoq; dux romani
exercitus, cum equitatu percurrebat omnia. extinguebat alios. a
lios ſubiciebat. captiuoꝝ cogebat agmina. omnīā circa ieroſoli
mam excurrebantur: ne ullum iudeis eſſet ꝑfugium. ſic inter
cluſus ante obſidionem uniuerſis iudeis exitus. At illi nō ſolum
non conſulebant ſibi: ſed etiam domeſtico inter ſe decernebant
certamine. Iohannes interioꝛ tirannꝰ. ſimon extra muranꝰ hoſtis.
qui recepta uxore, pauliſper excurrens, idumeam. depp̄latus:
ualidioꝛ. redit. & ieroſolimitane muroſ urbis armis circūſona

bat. Iohannes intus positus, suos ad bellum uitiis exercebat: data
tirannum auctoritate. feruebant studia rapinarum. probrorum (.i. inuerecundie)
cupiditates. luxurie effusiones. unguentorum odores. calamistris
crispabant capillos. stibio oculos depingebant. muliebrem amictum
induebantur. Nec solum ornatus feminarum: sed etiam mollitia mu
liebris affectabatur. & illicitarum libidinum passiones. uiri mu
liebria exercere (.i. bant) effeminare (.i. bant) uocem. & fluxu corporis sexum dissol
uere. Pascere comam. uultum dealbare. pumicare genas. uellicare
barbulam. & in hac dissolutione, seuitiam crudelitatis exercere (.i. bant)
intolerabilem. Denique fracto gressu incedebant. & subito momenta
nei bellatores, reconditos sub conchiliatis clamidibus gladios occu
lentes: cum repente nudassent: quemcumque repperant dilorica
bant. Qui simonem euaserat, a iohanne interficiebatur: si se intra
urbem recepisset. Qui iohannem fugerat: captus a simone: ante
muros immolabatur. Erat dissensio grauis. Idumei querebant
tirannidem iohannis extinguere. inuidebant eius potentie. & o
derant crudelitatem. Congrediuntur aduersum satellites tiran
nidis. auertunt eos. insectantur usque ad aulam regiam. quam con
diderat genere proxima regis adiabem. Irruunt: exclusis propug
natoribus templumque occupant, diripientes spolia tirannidis. quam
illic iohannes opum suarum condiderat receptaculum. Grauis in
cesserat metus: ne per noctem idumei de templo urbem ingressi,
ferro plebem interimerent. incendio urbem delerent. Quo metu
territi, de consilii sententia, dum unum tirannum ferre non
queunt: alterum introduxere. Et iohannes fraude irrepserat in
tirannidem. hic rogatus qui remedia salutis daret: duratum
inuexit ciuibus urbi tirannum. Missus est mathias princeps sa Mathias princeps sacerdotum
cerdotum, ut eius ingressum obsecraret. At ille superbe satis

Simō sediciosissimus īgreditur Jerosolimā.

dn̄ari annuit. & q̄ generaretur concessit; ambitus ut se turbe
tum omni sua uirtute infunderet. Aperire portas manib; suis
ut pernitiosiorem inducerent: dum inferiorem execrarentur. Itaq;
simon ex sententia ingressus/eque se hostem exhibebat uniuersis.
ut & illos qui uocauerant. & illos aduersum quos eius auxilium
postulatum fuerat: cōmuni omnes odio ꝑsequeretur. Vrgebat
iohannes fraudib; suis. fluctuabat ciuitas. Certamen erat int
iohēm & simonem: quis amplius suis ciuibus noceret. Conualuit rumor
ciuilium bellorum in exercitu romano. de galbe & othonis nece
manifestatum: & imperio uitelly. qui nequior superior q̄ rex
resedisset. Conferre secum ueteris militie uiri cepere. & indig
ne ferre tantum usurpare ꝑtorianas rome legiones: ut cum
iam bellorū desueuissent experiri pericula: nomina ignorarent
gentium/que bellum mouerent. Ipsi tum statuerunt bellis im
ꝑatorem: ut in sua manu rerū romanarum legendum arbi
trium constituerent. Deīn huiuī exemplo in gallia positos mili
tes aspirauisse: ut uitellio imperium darent/in consulto sena
tu & ꝑplo romano. se interea q̄ mercennarios haberi. qui alie
na arbitria sequerentur: primos ad periculum. ad honorē
ultimos. Tanto tempore bellum gerere. triumphis cottidie cresce
tib; et ab inferiorib; dn̄os accipē. ne eos quidem utiles. sed ig
nauissimos quosq;. ūt uentri deditos & turpitudini ꝑgendum
obuiam: & remouendam iniuriam. Esse uirum strenuum

Milites vespasiani ī dignant Vitellium īperatorem.

uespasianū: quem legi deceret ab omnib; imperatorem. cui ma
turum ad consulendum/ualidiorem iunioribus ad ꝑeliandū/
ꝑperandum maturius: ne prius ab alijs eligeretur. & his cum
quib; in militia consenuerit/triumphando esset despectui. ñī
oportunius tempus/quo digna merces laborib; eius rēpen

deretur. Vitellianam uoraginem piratorum dedecus, non dicam
imperatorum: non diutius hoc toleraturum ſenatum nec populum ro
manum. ut opprobrium uiolentorum diutius in culmine maneat
imperij: cui res romana adſumptum non ſuppetat. Quis enim ferat
tirannum regnare: cum habeat in exercitu dignum romani im
perij gubernatorem? Quae nam gentes luxui ſe ſubiciant, & uicijs ſe
dant: cum belli incentiuum ſit ignauia imperatoris. & contra forti
tudo patris in hoste uirtus. ſobrietas in rei publicae moderatore. Quis
non ſuſcipiat in ueſpaſiano, ad hunc piratico regni decus: & romani
imperij auctoritatem: cui tot militares numeri preſto ſunt.
& omnis romani exercitus ualidior manus. Quid expectamus.
An ut nostris fultus uirtutibus alijs debeat quod imperator eſt: & nos
alijs cedamus, quod in iure nostrae poteſtatis eſt. Certe ſi honora
re nolumus, non derogemus. nec faciamus hanc iniuriam ut
nostro iudicio repudietur, qui indignus imperio: quo dignus ha
betur uitellius. Poſtremo cum in italia ſint frater eius, & filius
domitianus: uerendum profecto eſt: ne quis ſuis ornamento
eſſe iam dudum debuit: ſit periculo. Aut ſi illi ut arbitramur
tirannum urgere ceperint: huic fraudi ſit: quod frater & filius
eius rebellauerint. & incipiamus reum expectare: quem uidere
nolumus imperatorem. His ſecum milites uociferantes: adoriunt
ueſpaſianum. rogant: ut romani imperij ſuſcipiat gubernaculum.
Ille autem abnuere (i. bat) ac ſe indignum dicere (i. bat) eſſe iam conſtitutum
imperatorem. refugiendum ciuile bellum. Illi inſtare (i. ceperunt) procinctus.
ille reſiſtere perſeuerantius. Poſtremo reluctantem armati cir
cumſiſtunt. gladijs mortem minantes. quod aduerterent ſibi tam
men manere & graue periculum: ſi refugiſſet. ita ceſſit potius
imprementibus: quam recepit uoluntarius, quod ambire alij ſolent.

Domitianus Veſpaſiani
filius.

Exercitus veſpaſia-
num eligit imperatorem.

Vrgebant milites. suadebant duces. Curam priusque honorem
induit. festinauit in egiptum. Sciebat enim maximas uires illic
esse romane rei publice. unde alimonia ministraretur. Subsidium
sibi querendum si uinceret: aut refragium uitellio si trahendum
(i. duas legiones) diutius bellum putasset. Esse etiam duos illic ordines milita
rium uirorum: quos sibi adiungere properauit: ut urbs maxima et plu
ribus nature munimentis circumdata: in suo potius iure quam
in alieno maneret: ad utrumque belli euentum satis utilis. Ideoque
de locorum situ et potissimum de ipsa urbe metropolitana, ut pauca
putam | De Allexandrie urbis situ.
dicendum putaui. Vrbem alexandriam condidit alexander: cui
ob uirtutem inditum magni ducis cognomentum. Ea inter
egyptum et mare quasi claustrum interiacet. ciuitas importuo
sa: ut fere pleraque egypti: et ab externo difficilis accessu. cum sit in
remotioribus asie partibus iacens in europa. Ipsa egyptus arida.
libie conterminia. Meridiana autem eius superiora que distermi
nant ab ethiopibus soenen. et innauigabiles nili fluminis cata
ractas ab oriente refunditur. mare rubrum distro temis[?] in
locis extremis ultimus terris peruium ad indos aperit iter
nauigaturis. Septa quoque ex una parte feruentibus incendiis solis: in
dico inde: hinc egiptio mari: uno tantum muro, septentrionali
innititur terre: quod ducit in siriam. cetera interclusa undique.
et nature subsidio uallata. Diuiduum tamen septentrionalis plage
eidem munimentum. et gemino quodam limine patens. quo
ut peregrine ad eam per mare egiptium deuehuntur copie: ut
liberior ad terras usus diffunditur. Terra iacet in infinitum
modum. Nam inter soenen et pelusium longitudo immensa
stadiorum duum milium si fides assertis adest. et a plinthyne
usque pelusium, stadiorum item trium milium sexcentorum. In as

sueta imbribus regio. nec tamen pluuiarum indiga: cui nili irrigua, spontaneos imbres ministrent. Vtrumque ei nilus est. celi ubertas. terre fecunditas. arua temperat. solum opimat. nautis et agricolis iuxta usum idem. Hi nauigant. illi serunt. Isti circumuehuntur per sua rura nauigiis. illi excolunt sine aratro serentes. Viantibus sine carpento distinctam terras fluentis. et quasi quibusdam excelsam moenibus nauigiorum, totis domicilia terris uagantur. que nilo circumfluunt. Est enim nauigabilis usque ad urbem (ut appellant) elefantorum. ulterius nauem procedere cataracte quas diximus non sinunt. non defectu gurgitis: sed totius fluminis precipiti quadam aquarum ruina. Portus urbis, ut plerique maritimorum locorum aditus, difficilis accessu. et longe ceteris difficilior. qui ad formam corporis humani. In capite ipso, et in statione capacior. in faucibus angustior: qua meatum maris ac nauium suscipit. quibus quedam sperandi subsidia portui subministrat. Vbi quis angustias atque ora portus euaserit: tamquam reliqui corporis forma, ita diffusio maris longe lateque extenditur. In dexteram portus: insula est breuis. In ea turris maxima quam fararum incommune greci ac latini ex ipsius rei usu appellauerunt. eo quod longe uideatur a nauigantibus: ut priusquam in portum appropinquent: nocturno maxime tempore, terram finitimam sibi esse flammarum inditio cognoscant. ne decepti tenebris in scopulos incidant. aut uestibuli limitem non queant comprehendere. Sunt itaque illic ministri, per quos iectis facibus ceterisque lignorum struibus adoletur ignis. qui terre pronuntius et index faucium portuensium. demonstrans ingrediendi angustias. undarum sinus. uestibuli anfractus. ne perstringat tenuis carina cautes. et in ipso ingressu offendat inter opertos fluctibus scopulos. Itaque directum cursum paulisper inflecti

Nilus. No.

farus.

oportet. ne celis illisa saxis ibi incurrat nauis periculum: ubi
speratur effugium periculorum. Angustior enim aditus in por
tum: quia a dextere partis latere artatur. a leua rupibus quibus
obstructum est sinistrum latus portus. Circa insulam quoque instruc
te ingentis magnitudinis moles deiciuntur. ne assiduo assurgen
tis impetu maris cedant fundamenta insule. atque iniuria uetus
te soluantur. Unde fit ut illis dentibus se in partem insule fluctibus
& recurrentibus in aduersum iter: structas rupes molesque constitu
tas: canalis ille medius semper sit inquietus. atque exasperato transitu
periculosus fiat nauigiis ingressus. Amplitudo portus stadiorum
triginta. statio tuta. placiditas maxima quouis tempestate. quia
memoratis angustiis atque obiectu insule repellit a se undas
maris. & fit intus tutissimus portus: compensatione quadam in
gressus periculosi. quia per easdem portuensis oris angustias
totius portus defenditur sinus. & submouetur a tempestatibus.
placidatur a fragoribus: per quos ingressus exasperatur. Nec im
merito ut tutamen ut magnitudo portus huiusmodi est. cum in eum
que ad usum totius orbis proficiant conuectari necessarium sit.
Nam & populi innumerabiles eorundem locorum ad usum sui expe
tunt totius orbis commertia. & frugum regio ferax. ceterorumque ter
munerum ut negociorum abundans totum frumento alit. atque in
Redit ad historiam.
struit necessariis mercibus orbem terrarum. Compositis itaque
erga se rebus in alexandriam: & studiis omnium qui rem mi
litarem gerebant circa suum imperium conspirantibus: securus
absentie reditum in siriam maturat. Conuento mandatis
tamen tiberio alexandro: qui tunc egipto presidebat: ut eius exerci
tus qui in superioribus partibus erat granum sibi consociaret. ipse
que necessitatem imperii romani quibus posset adiuuaret ui

ribus. que s(ibi) imposita foret: tiberius ep(istu)lam p(ro)nunciabilib(us) &
militib(us) insinuauit. idq(ue) ab omnib(us) cum letitia susceptum. fi
des p(ro)missa. effusus fauor. Vespasianum cesarea suscepit. In
de beritos legationib(us) urbium cu(m) summo gaudio co(n)fluentibus.
illic etiam iosephus solui p(re)ceptus uinculis iussu imp(er)atoris. [Vespasianus iubet iosephu(m) a catenis solui.]
Adiunxit titus, ut frangerentur potius q(uam) soluerentur catene.
Q(uo)d si frangerentur: ita esset q(uas)i non fuisset ligatus. Placuit pat(ri).
securim deferri iussit. frangi catenas. ut aduerterent iudei
sibi quoq(ue) ueniam no(n) negandam: si conuerterentur. & patrem
rogarent. Simul q(ui)a non alieno eum arbitrio reseruabant cum
ad se rerum o(mn)ium [l. imperium] delata arbitria forent. Ventum antiochia(m).
Ibi tractatu habito unde oporteret ad italiam tra(n)smitt(er)e: q(ui)a
tuta in egipto u(e)l alexandria omnia considerauerat: consultum
celeritati. Dimittit itaq(ue) mucinianum cu(m) parte multa eq(ui)tu(m) [Municianus.]
& exercitus pedestris: ut p(er)ueniret in italia aduentum imp(er)a
toris. Ille prolixe nauigationis reuocatus formidine: p(er) cappa
dociam & frigia(m) iter direxit. Antoniu(m) q(uo)q(ue) precepit, prefectum [Antonius.]
tertio ordini militari, q(ui) erat in misia(m): in imp(er)atam se italiam
effundere: priusq(uam) uitellium sese mouerent. Nam uitellius q(uas)i [De ignauia vitellij.]
crapulatus, & sompno dimersus: cuiuis rem geri estimans, p(ro)
imperij: in tantis positus negocijs dormiebat. Denique uix tan
dem excitatus nuntio aduenientis antonij: dirigit cecinam [Cecinna.]
cu(m) exercitus parte & p(er)iculi sui summam, alieno arbitrio co(m)
mittit. fretus cecine uirib(us): q(ui)d othonis manum fuderat.
Ille circa urbem cremonensium, antonio occurrit aduení
enti. explorat omnia. cognoscit p(re)ualidam manum e diuer
so afiore? strenuam bellis. exercitam [l. exercitatam] triumphis. Se [l. cecinnam] contra p(ar)i(bu)s?
uirib(us) equis, nec numero pares: posse decernere aduersu(m)

Cecina Cohortatur milites ad se vespasiano dedendum:

i. Cecinna

ualidiores. Conuocatis centurionibus suadet bello desistere: quod essent numero inferiores: & gratia imperatoris praeponderaret. satis in bello ualere famam ducis: rem summam gerentis. Vespasianum in gallicanis partibus & britanniarum uictoriis emicuisse. Vespasianum orientalibus succinctum adoreis: magno mei sui nominis praeiuditio. Vitellium nichil aliud nisi uino solutum. & inter conuiuia, prandianas semper ructuantem crapulas: nihil aliud expectare, nisi ut cum hostis aduenerit: ebrius pereat, sine sensu doloris. Ex illo augeri militum animos tanti gratia imperatoris. ex isto deici per opprobria eius & turpitudines. Consulendum, ne prioris belli famam obmitterent. uicerint othonem uitellio parem. Adiusus eum nunc esse negotium: qui totum orbem triumphis suis cinxerit. Preueniendam gratia necessitatem. ut ciuem potius uespasianum dicant: quam hostem expiant. Miserum esse bello ciuili euincere. quanto miserius uinci. ut uidearis hostis tuorum: Victori patria manet. uicto perit. Aut si manet: ad sceleris inuidiam manebit: ut uideamur ciuilibus intulisse bellum pro tiranno. Qui enim uincitur non iam ciuis: sed tyrannus est. Quid conserimus noxias manus: Semel satis sit scellere uicisse: ut puderet cum uicerimus. Putauimus ut in imperio sobrium fore. ut rerum molibus experge factum: sompno praetio renuntiaret. Quid expectamus diutius. pericula uestra. Ingrata sunt omnibus commilitonibus. omnibus populis iudicia nostra reprehensa. & condempnata: propter electi flagitia. Qualis sit considerate: qui etiam uictor repudiatus est. Consultandum certe prius de belli euentu quam sit praeliandum. Si pericula praeuenerint: frustra consules. Ubi consilium placuerit: recte incipias. Quod et sollicitati ducis esset. explorata sibi omnia. patuisse uespasiani exercitum esse ualidiorem. fidem suam pro uitello iam

dudum pbatam. Quī presumpsit de belli euentu: uictoriam secutam. Quī diffidit: in pmptu ēē quid sit futurum. Neq; ū mortem suam sibi formidini esse. sed exercitus romani periculū. et quod plus dolet uiris, pdīte iam dispendium laudis. ut ui deantur uicti qui solent uincere. Sibi certe cauendum, ne in di cetur illud non fortitudinis. sed euentus fuisse: quod uicerit bello supiore. & istud ignauię, qđ uictus postea sit. His atq; hu modi sermonibz adduxit in sententiam suam milites. ut secū ad antonium pergerent uoluntarij. atq; ei se traderent. Sed ut se habet uulgi maxime militaris mobilitas, conpuncti sunt ple riq; per noctem in cubilibus suis, deserti uitellij penitentiam ne si superior fieret: nullus sibi locus uenię superesset: qui impa torem pprium dereliquissent. Et surgentes, primo cum obuijs quibusq; : dein cū omnibz conferre ceperunt: quomodo erratū emendarent. Euaginatisq; gladijs insilierunt super cecinam: uolentes ultum ire iniuriam suę proditionis. Sed intuenętibz centurionibz & chiliarchis, a nece quidem eius temperandum ra ti: uinctum uitellio dirigere parabant. Quo cognito antonius mouit eos quos secum deduxerat: & armis super defectores irruit. At illi uiso agmine partis diuersę parauerunt se ad preliandum. sed paulisp ausi resistere, ubi se conuerterent ut cre monam confugerent: cum equitibz antonius occurrit. atq; oēs pre uenit aditus: ne confugientes reciperentur. clausosq; ante ur bem interfecit. Cesa illic multitudo maxima. reliquos in ipsam urbem psecutus perimit. Direpta omnia. plurimi negotiatores ex alijs locis aduenientes: plurimi incolę p de causa necati: dū sua uindicant. Extincta triginta milia & ducenti uiri, q ade rant de exercitu uitellij. Primusq; id enī antonio cognomentū

Interlinear glosses: "i. uitellius" (above "superior"); "i. cremonam" (left margin, by "urbem").

Margin: Vulgi mobilitas

Margin: Antonī cū uitellij militibz confligit et uincit. Interfectis ad · xxx · cc · ex hostibz.

Margin: primus Antonius.

erat quatuor milia quingentos de musiacis militibus amisit. qui in
desperationem salutis ulcisci se uolentes uitellium, ui circumuen-
tos se uiderent: haud incruentam & ipsis antonianis uictoriam
Cecinna a Vespasiano in gratiam susceptus.
cessere. Solutus uinculis cecina dirigitur ad uespasianum ab
antonio. ibique non solum salutis securitate: sed etiam priorum
solutione consolatus est maculam proditionis. Cuius uictorie
Sabinus. Vespasiani fr.
nuntio elatus sabinus: uolens & ipse commendationem sibi a-
pud imperatorem parare: si preueniret aduenientem anto-
nium, uitellii uel exitio: uel expulsione: aut si restiteret ui-
tellius, superueniret antonius: qui iam iamque affuturus au-
diebatur: congregat sibi militarem manum ex his ordini-
bus qui rome positi, curabant munia uigiliarum. Occu-
pat nocte & capitolium. plurimi ad eum nobilium per
Videtur hoc loco domitianum fuisse Vespasiani non filium sed nepotem. cum tamen filium fuisse Tranquillus scripserit.
diem confluxere. Inter quos etiam domitianus uespasia-
ni germano editus. qui metueret ne in se quasi in uespasia-
ni nepotem, uitelliana ultio deriuaretur. Inter duos po-
situs uitellius: propiorem adoritur: minus sollicitus de re-
motiore. Plus enim propiora terrent pericula. Indignatusque
immittit germanos in capitolium. qui pre ferocis imma-
nitate gentis, simul numero ualidiores, circumuenerunt
rebellatricem sabini cateruam. Interfecti pene omnes. Do-
mitianus tamen cum plerisque nobilium, dum germani ad su-
periora capitolii nituntur: & a sabino eiusque sociis loca pel-
luntur suffragio: fugiendi locum recepit. aut forte quia
& ipse malo publico reseruabatur tirannus futurus. Sa-
binum uitellius excruciatum necat. Diripiuntur omnia
munera oblata capitolio. templumque incenditur. Post
diem antonius adest. e diuerso occurrit. Trino circa urbem

menia congressu habito· fusi cęsiq; omnes uitelliani· Inte
rea uitellius epulabatur: ne amitteret moriturus prandiū·
& redundantioribz (ut in extremis solet) mense sibi ultime dapi
bus refarciebatur· obruebat se uini poculis frequentioribz: ut
sensum amitteret futuri· ut opprobrij· ut periculi· Rapitur e con
uiuio· trahitur per multitudinem· insultatur morituro· Inferūt
iniurie: quas ebrius non sentiebat· In media ꝑimitur urbe ui
na simul & sanguinem fundens· eructans crapulam· Qui si
diutius uixisset: luxurie sumptibz & ꝑtio mensaꝝ romani
imperij opes abligurrisset· Denique octo mensibus & quinq;
diebus imperauit· etiam roma edacitati eius defecerat· Nu
merata st̄ alia cęsoꝝ supra quinquaginta milia· Sequenti aūt
die mucianus & antonius cum exercitu pariter ingressi:
uix finem necandi furentibz militibz imposuere· eo qd̄ pre
sumptores constituendi impij uitellianos ꝑsequebantur &
explorabant p̄uatorum domos, ꝑstiti indignatione· ut cū
de ꝑplo aliquos metu latentes inuestigassent: p̄us q̄si uitel
lianos ferirent: q̄ cognitio ueritatem manifestaret· & ut se
pius in tentiū furoꝝ interrogationem p̄ueniret· Et quia
absens erat uespasianus: q̄i ad interregni uicem domitianū
publicus mucianus prefecit negotijs: ne q̄neuis deesset rebus
secundis· Nondum tn̄ domitiano sepe intus insuderat libido
flagitioꝝ· Rudis erat adhuc uitijs· & tiro criminibz: ut po
testatibz· Vespasianus hieme retentꝰ: atq; intercluso uentis
mari: cum filio alexandriam redit· Illic uictorie nuntio, ple
bisq; romane cognito in se fauore, ꝑfectionem maturandā
constituit: ne quid absente se nouaretur· Nec tn̄ incuratū
iudeę bellum reliquit· quod filio (q̄i consorti suoꝝ operum

[Margin: Vitellius depravatis moribz īꝑauit octo mensibz & v. diebz]

[Margin: Sup̄ L. milia hominū ꝑiū Vitellij īterepta]

[Margin: x.]

[Margin: Vespasian' deuicto uitellio imperiū obtinuit.]

.Ac ſucceſſori/committendum putauit. ut neq; romanis ipſe de
eſſet: nec iudeis ueſpaſianus/quem filius repreſentaret. Excu
tor q; paterni electus triumphi: cũ electa manu dirigitur titus.
pedes egreditur. nicopolim petit. Abeſt ea ciuitas ab alexandria
uiginti quatuor ſtadijs. Inde militibȝ claſſi nauium maiorũ
impoſitis: nilo decurrit uſq; ad urbem thoniin. Vnde pgreſſꝰ/
habitauit in ciuitate cui nomen canis. Scdã menſio uiantibꝰ/
ciuitas aradea. tertia peluſium. Duobȝ/ſtatuarum grã/pelu
ſij tranſactis diebus: per deſertum agens iter. puenit uſq; ad caſ
ſij iouis templum. Succeſſit ei oſtratine manſio aque locorum
indigens. cum diligentia incole ſibi ſubſidium cõparauerant:
ut inſtituerent ductus aquarum. Exceperunt etiam rinchori
exercitum pgredientem: non ſine grata refectione. Occurrit urbs
rafius que ciuitas ſirie principium eſt/ex egipto commeantibus.
Ventum eſt gazan: ea quarta erat ciuitas aduenientibȝ. Inde in
aſcalona. Deinde in iamniã. ex qua tranſitum eſt in ioppen. Per
uentum in ceſaream: ubi neceſſe erat pauliſper morari. con
gregare quoq; militum manũ/que adhuc in hybernis agebat.
etiam hiemis aſperitas deficiebat.

xplicit liber iiijꝰ Incipit vꝰ

ANNO PRIMO delati imperij ueſpa
ſiano/bellis aſpis iudea/& ſeditionibus
domeſticis laterabatur. nec p hiemem
inducias malorum egerat. quã ſolent bel
lorum ſeua requieſcere: quã etiam tertiꝰ
ei tirannus eleazarus acceſſerat: qui e
mendatius uitia ſuperiorum. qui con
iurantibȝ ſecum iude/& ezeronis ſimone & ezechia nõ ignobili

iuuene. quos plurimi alii comitabantur. & occupatis templi inte
rioribus & circuitu omni: super fores in uestibuli ipsius fronte ar
ma constituere. iohannes tamen conspirantium numero prestabat & Iohes.
factionis multitudine. sed loco inferior [.i. erat] quamuis nequaquam feriaretur.
sed repugnaret superioribus. grauabatur tamen quod super uerticem
hostes haberet. Simon uero quem sibi tirannum populus introduxe Simon.
rat: superiora urbis tenebat. inferiora quoque populo ipsius replebantur.
trino prelio laborabat intra se ciuitas. nulla intermissio. nulla
requies. nulle indutie. momentis omnibus dimicabatur. Multi
ruebant. innumeri iugulabantur. manabat sanguis. fedabat
uniuersa. ipsa replebat templi limina. passim ruebant cada
uera. sagittis alii. alii missilibus feriebantur. Inter tres medius
erat iohannes. inferior eleazaro. superior simone. Quo superaba
tur ab eleazaro: eo ipse superabat simonem. Medius enim inter
utrumque cum locum tenebat. ut quo plus grauaretur ab alte [.i. eleazaro]
ro: & ipse plus alteri [.i. simoni] noceret. Instructior tamen ceteris subsidiis
machinarum, & telorum genere, bellum equabat. ita tamen ut
preter eos qui bellum mouerent: plerique etiam sacerdotum inter
ficerentur. atque inter ipsas quas mactauerant hostias, immo
larentur. Quamuis enim frequens super uniuersos rueret telorum
seges: & ubique feruerent prelia: tamen sacerdotes sacrificandi ministe
rium solemniter obibant. nec feriebantur [a]. commisso sibi mune
re. & quo in interioribus erat templi: eo grauius premebantur. quia
tormenta acta, uehementiores ictus habebant. Plerique etiam
qui de ultimo orbe precatum uenerant: sperantes remedia sa
lutis: quo magis templo inheserant: eo maioribus periculis in
uoluebantur. Cerneres externos cum ciuibus: sacerdotes simul
& profanos iacere. graues cum turpibus. luxuriosos cum abstinen

tibus: confusoque omnium permixtione sanguine. & qui profluuio decur
i. s. cerneres
rente interiores ipsos stagnare templi recessus. in circuitu omnia
cruore tumescere. ut plerique dum se inuicem propugnatores par
tium petunt: lubrico offensi: qui satiaturi furorem in sanguine
demergerentur. Nec sic uel periculis territi absistebant cum
prelio tyrannorum satellites. & quo maius periculum eo amplius de
seuiebat tempestas furoris. si his grauius incubuerat exitium:
Alii qui ad uictoriam uehementius innitebantur. ut turbatos
deferrent. & eleazaro quidem uel simoni cedendi potestas erat.
ut qui quibusdam uel horarum se repararent indutiis. Iohan
nes tamen semper in procinctu momentis omnibus in certamine.
Si superiores quieuerant: urgebant inferiores ex parte simonis.
a parte superiori. i. Iohes
Si hos perturbauerant eleazarus infestabat. Nec ipse tamen illos quietos
esse patiebatur. Ubi alios depulerat: in alios prosiliebat. Paruu
gil in certamine. & ipsa impiger crudelitate. Ubi parcebant
telis: ignes iaculabantur. qui apprehensis tectorum fastigiis
depascebantur. domosque referte frugibus ceterisque subsidiis ali
mentorum ad belli tolerantiam prolixioris: pariter exurebantur.
maioraque pabula incendio dabantur. Ruebant ambusta ma
teriarum. deuoluebantur sullimium edificiorum culmina.
Ita sanguine incendio ruina fame: totius urbis neerui succi
debantur. Nullus locus periculo uacabat. nullum consilio tem
pus repperiebatur. nulla spes conuersionis. nulla fugiendi co
nota
pia erat. Mesta omnia. plena horroris. plena inmanitatis. Ubique
luctus. pauor. ubique clamor. mulierum eiulatus. senum mo
rientium gemitus. iuuentium desperatio. ut miserabiliores
Deplorat iosippus calamitatem hebreorum.
eos diceres qui remanserant: beatos qui obierant. Quomodo de
o ia
decepta es ciuitas propriis tuis: quibus quondam uidebaris be

ata. Quomodo expugnata es tuis armis atque in te conuerse
manus sunt tue. qui solebas sine armis uincere & sine ullo pro
lio hostem ferire. cum pro te angeli dimicarent & militarent
tibi fluctus maris. terre hiatus. celi fragores. Exurge nunc Moyses.
moyses & uide gentem tuam. & hereditatem populi tibi crediti:
perire manibus suis. Aspice populum illum dei: cui preuio gradien
ti mare [i. rubrum] patebat. cui esurienti: escas [i. manna] celum subministrabat.
sed [i. aspice populum tuum] mari clausum. sine pharaone obsessum. sine terrarum ste Aaron.
rilitate ieiunium. Exurge aaron qui aliquando cum propter offensam
dei omnipotentis mors plurimos populi depasceretur: stetisti
inter uiuentes & mortuos. & mors stetit. atque obiectu corporis
tui hesit lues [i. pestis]. nec transire potuit ad contagionem uiuentium. Sus
citare & tu ihesu naue qui muros inexpugnabiles iericho sacerdo Yhu naue.
tibus tuba canentibus complanasti. & uide populum tui externos sub
iecisti: nunc eundem subiectum opprimi. Suscitare dauid qui ex Dauid.
asperantem [i. perturbantem] spiritum cithare suauitate solitus excludere. & ui
de quemadmodum dominetur furor. atque omnem suauitatem
psalmorum tuorum expeditorum sensibus aboleuerit. & unusquisque de
principibus populum uniuersum ad mortem offerat: ut liberta
tem extorqueat: pro quo ipsum te morti offerebas. Suscitare he Heliseus.
lisee qui hostem introduxisti in samariam. & captiuum fe
cisti. Per te in castris syrie quadrigarum increpuit fragor. et
uox equitum. & uox uirtutis. Fugit hostis. euasit obsidionem
iudeus. ubi nunc ista merita? ubi nunc iste operationes sanctorum?
Nec mirum si amiserunt prophetarum opera: qui negarunt prophe
tarum arbitrum [i. christum]. Ideoque in te iudea arma tua uertuntur. oratio
nes tue nichil tibi prosunt: quia fides tua nichil operatur. Ideo
aduersum te factus est populus tuus: quia in te conuersa est

[gloss: .i. xpus]

perfidia tua. Quod remedium queritur: ubi auctor remedii non reconciliatur? Quid putabas futurum, cum tuis manibus salutare tuum crucifigeres? cum tuis manibus uitam tuam extingueres? cum tuis uocibus aduocatum tuum exterminares? tuis infestationibus auxiliatorem tuum interficeres? non ut in te quoque tuas inicceres manus. Habes quod petisti. eripuisti tibi presulem pacis. [gloss: .i. petisti] petisti necari uite arbitrum. concedi tibi barrabam: qui tibi propter seditionem factam in ciuitate, et homicidium: missus fuerat in carcerem. Ideo salus abs te recessit. pax abiit. quies destitit. Data est tibi seditio. datum excidium. Agnosce tibi hodie barraban uiuere: ihesum mortuum. Ideo in te regnat seditio. pax sepulta est. ut crudelius a tuis per eas: quam si ab alienis perires. Quid tantum tibi miserabilis ciuitas romanus suis armis. quantum populus tuus malorum inuexit? Ut cum romanis pugnares: tu fecerunt. Pacem uolebant romani: tu bellum indixisti. Quid cause erat, ut fortiores lacesseres? [gloss: .i. fuit] Durum sane, quod contra legem sacrum templum gentilis intrauit. Sed iam non erat dei templum. non eras dei ciuitas. nec esse poteras. quia eras mortuorum sepulchrum: et presertim tuorum. quos [gloss: .i. tu] ipsa occideras. non quos ab hoste amiseras. Quomodo enim poteras uite esse domicilium: que eras mortis habitaculum? diuersorium scelerum? latronum spelæum? [gloss: de quibus dictum est in precedentibus libris] Iacuerunt inter ananus. et ihesus insepulti sacerdotum principes. et illi dudum sacerdotalibus amicti stolis: qui uenerationi etiam exteris fuerant: deformi iacuerunt cadauere. esce uolatilium, et deuoratio canum membra laceri et tota dispersi urbe. ut deplorare ueteris sanctitatis species uideretur: tantam sacri nominis contumeliam et speciosi quondam muneris deformitatem. Sed ipsa tibi huius indigni-

tatis exordium fecisti· que in medio sinu tuo occidebas prophetas·
que lapidabas sanctos· dñi Ante templum zacharias iacuit · Zacharias·
exanimis· iacuit inhumatus· hic ergo sanguis illum lauat· Que
causa aũt mortis anano nisi qđ increpuit populum tuum quia
non insurgeret pro templi defensione· quia expostulabat libertatẽ
proditam· uirtutem desertam· calcatas ueterum sacrorum
reliquias· cõmaculata altaria· Relinquendum asserebat populum
usu simulacrorum insensibilium· & statuarum de marmore in
chil iam sentientem· Muta enim animalia referre solent ut
uindicte uicissitudinem sentire iniuriam· irritari aculeo· de
clinare uerbera· Qui ergo nec excitatur· nec declinare nouit quod
noceat· similis est non sentientibus· Et reuera ubi est illa libertas tu
a· tuis studio quondam non egiptiis· non palestinis· non assiriis·
postea non medis cedendum estimauisti· Ubi est illa machabe
orum fides· que quondam in paucis fudit babilonios· persas
fugauit· demetrium pepulit· ac postremum in paruulis & mu
lieribus antiochi arma gladios· incendia que superauit· & pro
obseruatione patrie emori maluit· quã regis impiis obtem
perare· Ubi est deuocio illa patrum pulcherrima passionum
omniũ· qua se non pro liberis· non pro coniugibus magis quam pro templo
dei morti offerebant· Aũ & uirga sacerdotalis floruit recisa · Virga floruit·
de siluestri radice nũc & fides aret· & sepulta est pietas· & a
biit omnis uirtutis emulacio· Nec mirum si populus qui a deo
recessit· & improbum cõtradictionis spiritum sequitur· in se
ipsum diuisus est· Quomodo enim pacem suam tenere poterat·
qui pacem dei repudiauit· Pax dei xpus est· qui fecit utrosque · Xpus·
unũ· Merito quoque ex uno populo plures aduersus se facti sunt· quia
noluerunt sequi diuisa sociantem parietem· sed secuti sunt coniuncta

diuidentium furoris ſpiritum. Soluebas ergo ierusalem mercedem
perfidie tue: cum ipsa tuis manibus destrueres munimina tua.
cum tuis mucronibus foderes uiscera tua: ita ut hostis misereretur
tur, ut ille parceret. et tu ſeuires. Videbat enim quod deus aduersum
te pugnaret. et romanorum fungeretur partibus: ut ipsa tibi in
ferres uoluntariam perditionem. et ideo ſpectatores malebant
eſſe romani: quam percuſſores. ne furentibus tuis inter ſe, uiſceri
bus manum admouere: contagionis, magis quam fortitudinis eſ
timaretur. Ad hoc nefandę cedis ſupplicia, accedebat ipſe inma
nitas crudelitatis. ut ſepulturam omnibus qui uel in templo ne
cati fuerant, uel circa urbis plateas: negarent. nec humanitatis
cuiquam uacabat: dum bello inter ſe occuparentur. feriendique
magis quam humandi cura uniuerſos tenebat. Ita quodam fu
rore occiderant pietatis officia. crudeſcebant inpietatis mi
niſteria. Nichilque magis in tantis calamitatibus peribat: quam
misericordia. que ſola ſolet alleuare miſerias. ſolari erump
nas. Namque et hi qui amiſerant ſuos non audebant humare propter
formidinem. cum grauis terror ingrueret, a diuerſe factio
nis principibus. et hi qui necauerant alienos, cauebant ne quis
illos proriperet ad ſepulturam. Itaque neceſſe erat omnes timere:
ne quod alteri donare uellent, id ſibi ſumerent. uel (quod peius
eſt) quem parauerant alij uſum ſepulchri, eum cum ipsi non
inpetrarent. In templo ergo ipso pungentis bene olentibus pro uasis
thimiamatis, pro timiamacherijs bene ſpirantibus, pro diuer
ſorum florum odoribus: grauis erat in ſepultorum cadauerum
fetor. quos pluuia diſſoluerat. quos flamma ambuſſerat. quos
ſol caleſecerat: omnes artus ceſorum ciuium diro odore fete
bant. Hinc reſolutorum putredo uiſcerum. inde exuſtorum nidor.

sensus oēs, atq; ora complebant uiuentium. ut ipi nō multo
post grauiore morbo cōsumerentur. at se supstites ingemisce
rent: qđ duriore pena pirent. eoq; seruatos, ut uiderent cum pa
tria simul solui etiam leges nature. negari ius uiuentibus.
patere ciuib; sepulturam defunctis. humana pariter, atq; di
uina maculari ac pollui. pmixta oīa. criminosam esse misericor
diam. religionis loco habere crudelitatem. Castrum in templo.
bellum in limine. funus in altarib;. ea se spectare oculisq; pphis
denuntiantib; nō credidissent futura. Nonne de ipsis dixerat
dđ. polluerunt templum sanctum tuum. posuerunt mortalia
seruorum tuorum escam uolatilib; celi. effuderunt sanguinem eorum
uelut aq̄ in circuitu ierlm: & non erat qui sepeliret. Simul enim
tunc & gentes uenerunt in hereditatem dei, que auferrent oīa.
& templum pollutum est suorum funerib; & insepulta iacuerunt
cadauera interfectorum: ad escam auium bestiarumq; uora
citatem. effusus sanguis ut stagnaret in templo. defecit qui sepe
liret. quia a uiuentib; in mortuos: a mortuis in eos qui sepelirent
adhuc uiuerent, furor transferebatur. Volebat aliquis defunc
tum humare: ipse extinguebatur. & qui defunctum occiderat:
in sepultorem trāsferebat iracundiam. ut illi sepulturam negaret:
hunc extinguebat. Rursus qui sepultorem occiderat: maiorem
crudelitatem circa defunctum exercebat. ut iam nichil deben
tem odio: nō sentientem supplicia: spoliaret supremo nature de
bito. Quid aliud illis accidere poterat: qui diuina nō recipiebāt
oracula? Irridebant pphetarum annūtiationes. fas oē calcabāt.
nō credebant futura. que ut fierent ipi accelerauerunt. Erat
ē sermo uetus & frequens, tunc perituram urbem ierlm: & sanc
ta eius excidenda: cum seditio belli lege incesseret. & domestica

maior calamitas.

Dauid.

·No· p totum·

manuſ templum dei contaminarent. ne hoc quidem intellexe
runt. Quotienſ ē excīſa domuſ dei: quotienſ obſidio: quotiens
bellum: & nūq̄ illa urbs periȷt. n̄ quando uere templum dei do
meſticis manib; crucifixerunt. Quod illud templum: Audiant.
ſoluite templum hoc & in triduo reſuſcitabo illud. Quid enim
aliud niſi ſacrilegium fuit: cum impiaſ manuſ extenderent i
auctorem ſalutis: cum lapidarent. cum uerberarent. cū correpe
rent. cum occiderent: Tunc uere ſancta corū abſūpſit ignis di
uinuſ. Nam & exuſta á babiloniȷs/ reparata poſtea. deſtructa
a pompeio: reformata iterum. Sed penitus exuſta/ ubi ihūs ue
nit. & ſpiritus diuino calore ſoluta euanuerūt. Oportuit uberio
re quadam deploratione preire nos funuſ quoddam paterne
ſolempnitatiſ. & uelut exequiaſ quaſdam pſequi abſoluere uix
maiorum inſtituta. Sed ueniamuſ ad exordia obſidioniſ ihe
ruſalem. Reuerterat in iudeam tituſ. & paucis dieb; interpo
ſitis: ut replerentur ordines militarium numerorum/ de qui
bus lecta manuſ miſſa fuerat in italiam: bellum adolebat.
feſtinans comitari patrem. ne in pericula ſolum dimitteret:
aduerſus uitelliana arma preliaturum: Mouit itaq; iter mag
no decore exercituſ: ſollicito ubiq;, & parato agmine/ ſuſpectb;
inſidias: quia uirtute ſe ſuperiorem uidebat. Venit p ſamarie
loca: ſuſcepit eū goſna: quæ ad romanoſ iam dudum conceſ
ſerat. Ventum in aulanam: unde aberat ierosolima ſtadiȷs t
ginta: nichil amplius. Inde aſſumptis equitib; numero ſexcē
tis: precessit equitatum an̄ urbem exploratum q loci ſitum.
munimentor; q̄litatem. muror; altitudinem: ſtudia plebiſ:
que ferebatur latronum armiſ premi & factionum ſtipa
mine circūueniri. ut inuita adquieſceret obſidioni: quo min'

Titus reuerſus i iudeā
parat obſidiōe; iheruſal.

uoluntatem suam erga romanos proderet: si libertas daretur. Spe-
ciose quoque cum paucis equitabat in aggere publico qui ad muros urbis
dirigebatur. nec quisquam est uisus progredi. Verum ubi ad obeun-
dum murorum circuitum flexit equum in latus. cum cetera — Titus in insidiis excipitur.
turma sequeretur ducem. erupere subito plerique de loco qui appel-
labatur contra helene sepulchrum. & exilientes occupauerunt iter:
ut intercluderent maiorem equitatum partem que titum se-
quebatur. Ipse cum paucis preterierat consulto insidiantium: — x
ut destitutus a ceteris facilius opprimeretur. quia neque ad suos
regredi facile erat propter insertam hostium multitudinem. neque
progredi ulterius, fossa aut uallum sinebant. ceteraque locorum
impedimenta: quibus anceps periculum inferebatur. Uidens itaque
in uirtute sola positum sibi remedium salutis: nec aliter nisi ferro
iter aperiendum: iam enim alii reflexis equis discesserant. dum et
ipsi imperatoris filium secuturum sperarent. conuertit equum:
hortatus clamore ceteros ut sequerentur. & supra hostem ir-
ruit. Impossibile hoc uidetur, quomodo potuerit euadere. nisi notum — Titus a magno periculo liberatur.
esset in bello plurimum audaciam posse. que uel sola sibi mu-
rus est. Denique quia aliis pone sequentibus uile uulgus sibi ma-
gis in periculo consulendum putabat, quam hostem persequendum:
ac si qui manum extenderat ut equum teneret feriebatur. De-
nique duo tantum ex titi sociis interfecti. cum reliquis imperatoris
filius ad suos reuertit. Neque sane dubitandum uidetur. quo
in tecto capite: nudus cetera: utpote qui in excursu processerat,
non ad bellum paratus: nec galeam neque loricam induerat: eo nihil
excepit uulneris. cum maxime in ipsum tela iacerentur: quod
ad excidium urbis illius, uir tantus reseruaretur. Est est pro-
fecto cor regis in manu dei. Itaque ne cresceret audacia iudeis,

euentu fraudis & doli: profecto ad urbem cum exercitu post noc
tem redit. & de specula quadam uniuersa ciuitas prospectaretur: &
templi magnitudo amplissima: demonstrat suis, cum quanta urbe
sibi bellum foret. inpigros & cautiores esse oportere: quod inexpugna
bilis sibi populus expugnandus foret. & fraudi paratus. Ordinat
qui muris ordines appropinquarent. Quos ad hunc fessos nocturno
itinere cognouerat: qui succenturiatos eminus locat. Paulatim
proceditur. Ubi uentum ad montem oliueti: uallis sub ipso (monte) me
dia iter atque urbem interiacebat: cui nomen cedron. Ubi con
stitutum exercitum de muris aspicientes: nam sex stadiis ab
erat: seditionis ad tempus studia deposuere. & exterius hostibus
aduenientibus domestico foedere sequestrata ciuilium bellorum
certamina. Plerumque enim etiam acerba odia metus comprimit.
Denique cohortati sese inuicem factionum uiri (qui prius inter se erant diuisi), ut unanimiter
(consentientes) conspirantibus studiis patriam defensarent: ne eorum discordia
interuentam romanis uictoriam daret: freti numero hostem
subito adoriundum putarunt. & impulsa eruptione primos
turbauere. Sed ubi se romani ipso usu ueteri, & diuersorum ge
nerum prius exercitati, confirmauere animis: ordine suo
nixi, cedere (cedebant) incursantes (insilientibus) opere. scutis repellere (bant). perturbare (babant) iac
tu telorum. haud quaquam tamen sine communi excidio. & prope iam in
Titus oportune suis adfuit. tribuerant iudei. & nutabat acies romana. nisi cognitis
rebus aduenisset titus. & occurrens aduersariis, confirmasset
suos: reparasset proelium. erexisset animos militum. intere
pauens romanorum acies, confusae multitudini non sine maxi
me ignauiae probro: uictoriam cedere. Repulsisque iudeis: qui
etiam ualle diuisos insectabatur: ad suos se uictor recepit.
securusque suffragii, quod loci superioris aduersum inferiores

si temptarent congredi subsidia dabat: ad aliam partem
se romani exercitus converterit. Discedente cesare, infundunt
se de muris iudei et ingenti agmine super hostem irruunt:
ita ut innumere concursu multitudinis, milites fugarent.
at sese admonitu conferrent superiora nudato latere. et
iam ceteri qui prelium mallent fugere. Interea cesar in
medio situs: orantibus plerisque ne se periculis daret: atque ex
titu disposito summam periculi solus subiret: cum dominus esset
orbis terrarum. Non est ut ante vite militis pugnaret, sed
imperatoris: in cuius periculo pernicies esset universorum: non ad
quievit. sed militie decus preponens saluti: apud quem glorio
sa mors vite obprobrio preponderaret: adversum pectus hostibus
refert. territisque quos adversum ierat, in alios sese retorquet.
Sola est specie sui et nimis note atque alacris fortitudinis gloria,
perturbabat hostem. Cedebant itaque quos accesserat. Sed et
ex aliis partibus iudei magis magisque infundebantur. ac pene
concluserant titum. nisi quia plerique militum videntes in
medio belli versari cesarem, conclamaverunt. ceteris signifi
cantes, filium imperatoris periculis non relinquendum. Sic
universos revocavit pudor. atque armavit metus. ne deser
ti cesaris, ignominia, inurerentur. Conversique in iudeos:
nisu omni, ac virtute, conditam multitudinem in vallem ur
gebant. Nec difficile fuit ascendentes relabi. Sic titus, fugien
tem numerum militarem, bis revocavit a fuga. periculoque
exuit: pariter et obprobrio: virtute pari usus et ad postremum
pudore. Qui dum ignaviam declinat: virtutem invexit.
Primum ne cesar relinqueretur. post etiam ut hostis re
pelleretur. Ubi forense prelium paulisper quievit: internum

x

Virtus egregia Titi

Paschalis Celebritas. successit. Nam pascalis interuentu celebritatis subornatis plerisque
iohannes, qui obseruationis gratia templum adirent: & tamquam socijs
data copia ingrediendi: dolum patrauit. Ingressi enim ciuili spe
cie, sed interius armati: reiectis ex uijs gladios attollunt: lorica
to pectore & preliari accincti munimine. Quo terrore perculsi
qui intra templum inermes celebritati uacabant: exilierunt.
templumque uacuum dereliquerunt. Eos illis secutis, & quos po
tuerunt comprehendere iugulantibus, alios circa templi circuitum
persequentibus: irrumpendi iohanni, socijsque eius, occasio data. Cesi illic
multi mortales. ita ut etiam qui non restiterant: affectis causis
aliquibus iugularentur. Nec tranquillitas quietis perderat. nec silen
tium taciti. nec cedentibus patientia. Comprehensisque interioribus
templi: & iam simoni inequitabat iohannes: in secundarium locum
eleazaro, ceterisque principibus factionis tertie, sibi surrogatis.
Titus. Tertio quoque titus progreditur in hostem. atque exercitum producit.
Adueniensque offendit stipatam ante urbem multitudinem iudeorum:
specie se uolentium tradere romanis. sed quasi reformidantium.
suspectus dolum & maxime quia proxime conspiratos inter se
& pertinaces uiderat: non arbitratus credibile, subito mutatos: am
monuit milites, fraudem cauendam. nec temere nisi scutum precep
tum suum muris approquandum, confecto agmine. ne a ter
go illi qui urbem egressi fuerant circumfunderentur. subito de
ciuitate increpuit sonus & quedam sedicio dementer resul
tauit: aliorum egressionem uoluntariam simulantium. aliorum
etiam resistentium. quod illi aperiri portas sibi poscerent. hy clau
sas seruari iuberent. alij pacem: alij bellum optarent. mili
tum uulgus ad subueniendum his qui sibi subueniri de mu
ris postulauissent proripi sese. Egrediuntur plerique. prescriptum

sine ullo ordine sine modo occursuri aduenientibus. atque auxili
um laturi. ut superiore remedio, pluribus erumpendi confidentia
tribueretur. ut resistentibus metus. aut inter uelut stantes erum
pendi sibi copia [s. tribueretur]. quibus se a tergo circumfundere ceperunt,
qui foris stabant. urgere circumuentos. Illi qui ad murum con
fugere [s. ceperunt]: nichil suspectantes ab his qui pacem pretenderant.
inde quoque saxa & tela deici [s. ceperunt]. Et subito ficta pax uersa in prae
lium. Verum conciti in hostes recurrunt. qui & si circumuenire
temptauerant progressos militum romanorum: tamen metuebant
& ipsi [s. iudei], ne ab omni exercitu circumuenirentur. Itaque dum uniuersos
cauent hostes: plurimis licet uulneribus impressis, & ipsi maiore
ex parte saucii, propere de manibus amisere quos iam captos pu
tabant. Secuti tamen usque ad helene sepulchrum (sicut moris est)
insultantibus clipeis concrepabant. illudentes romanis. quod eos
iam secundo insidiis circumuenissent. Cesar commotior, regredien
tes insequi ceteris uetat & contionem aduocat, dicens. Mag
na cum sit uirtus romana, prestans uniuersarum gentium
populis: maxime tamen ea precellit dispositionis ordine & preceptorum
obedientia. Ea est enim discipline militaris custodia. Nec mirum
si iudei dolos intexant. fraudes struant. qui se indicent impa
res fortitudine. Sed ut inferior est uinci insidiis: sic fortior est ca
uere: ne uirtuti illudat dolus. Mirari itaque se quod illi sint in despera
tione congruant. romanis non conueniat in meliorum processu.
Eoque fieri, ut illis effectus fraudis in ualido [s. fortitudinis loco] sit: nobis uirtutis
conatus in ambiguo. Quod si ualidior esset fortitudo hostium
quam fraus: superioribus [s. uinci a superioribus] minus flagitiosum. A paribus [s. ab equalibus] enim, aut for
tioribus uinci: obprobrio uacat. Cum uero nichil in nobis offen
dat nisi sola pugnandi inmoderatio: & propria quedam ma

s. tota certatis

ORO. Titi ad milites.

obedientia & ordo in re militari ante omnia requiritur.

manuum intemperantia; quid nequius potest esse, quam presente ce-
sare disciplinam militie repudiare? Multum arbitror ipsas
ingemiscere militie leges, tante dissolutionis flagitio. multum
imperatorem cum hec conspicit. qui semper audiri (uel obediri) se a milite suo
quam timeri ab hoste maluit. obedientia enim militis effectum
parat. metus hostium differt victoriam. Quid vindicatur
de filio patrem: cum tam vile imperium sit apud exercitum?
Pronuntiatur est de duce cuius preceptum dissolvitur. Nec du-
bium, quod sepius vindicatum sit in eos, qui contra imperium
in hostem pugnaverunt: quam in eos secundum imperium progressi vir-
tuti cesserint. Nam legibus ordinem egredienti, prescripta est
mors. Quid quod futurum ubi non unus, sed passim exercitus
ordinem suum reliquit: et statum ducis negligit? Cognoscite
vos milites esse romani imperii. plebis. senatus. apud quos sine
finis orationis.
precepti auctoritate, et omnia vicisse crimen est. huiusmodi ora-
tione perterruit non solum prepositos militum: sed etiam univer-
sum exercitum. Nam cum ipsos principes ordinum acrius
peteret: videbatur in omnes vindicaturus. Circumfusi ita-
que omnes, rogabant: ut paucorum culpa qui primi destiterant: u-
niversis concederetur. Et si non fuit properus ad delicti gratiam ce-
sar: fuit tamen exorabilis ad indulgentiam. Concessit cum summo
pondere. dicens donare se omnibus. satisque in universos vindi-
catum invectionis acerbitate, eo quod animadversio in singulos
usque ad factum procedere debeat. in multitudinem, verbotenus.
illam usque ad penam. istam usque ad correptionem. Sepe enim
bonis exercitibus plurimos lapsus, future virtuti causas dedisse.
Titus.
Post hec titus in hostem iam convertit. et considerans inter
tot prerupta, tot precipitia, periculosam obsidionem: cum repeti-

tinis eruptionibus preuenti/non haberent milites quo refer
rent gradum: unde se in hostem precipitarent: ubi machinas consti
tuerent: iubet repleri ante urbem precipitia. Que cum fierent:
nec sic iudei exortes erant presentium periculorum. Afflicta
bantur domestico prelio: Cum romani replendis precipitiis
occuparentur. nec exigua manus partis [f. erat] utriusque. decem milia
cum simone erant/& quinquaginta eorum duces. Idumei quoque
ad quinque milia simonis partibus astipulabantur: quibus preerat
iacobus: & simon iunior. Iohannes autem interioribus templi ea
fraude quam supra diximus/occupatis: sex milibus armatorum
stipatus: bellum attendebat. Adiuncta etiam ei sunt duo milia
cum aliis quadringentis uiris. postea quam coite cepere studiis con
uenientibus ad urbis defensionem. de azaro & simone arimi
quibus & ante utebantur rectoribus. Quis [quibus] inter se certantibus:
preda erat in medio/populus eorum qui uiterant. & quasi premium
certaminis huc atque illuc peruentu uario transferebatur. paulisper
inter se conuenerant more indutiarum. & ad primum roma
norum impetum expergefactum in ueterem morbum febris interne/
egris uisceribus recidebant/ubi remissior erat exteriorum
morborum accessio. foris erat bellum plerumque/intus seditio:
eo iam grauior/quia & ipsa seditio bello alebatur. & bellum ale
bat. Duo de potentia certabant. populus inter unumquemque/non
de seruitute anxius erat: sed ne ad dominum deteriorem perueniret.
Urbem ierosolimam cananeorum quidam potens condidit. qui
patrio sermone uocaretur rex iustus. qui primo solimam nuncu
pauit. postea templum addidit. unde ierosolimam dicta est
ciuitas. Ea a principio suos incolas habuit de genere cananeorum.
Dauid primus uir hebreus/cananeos expulit. constituit suos.

Simon. Iacobus. Iohannes.

Conditor Ierusalem & eius incole.

Dauid.

Nota. Ciuitas Ierusalem á Cananeis condita prius uocata est Solima.

qui in ea sibi domum regiam fecit. Voluit & templum deo con-
dere: sed prohibitus oraculo, salomonem heredem reliquit. qui
Salamon conditor templi.
templum quod ipse uoluerat: edificaret. Salomon itaque tem-
plum fundauit, reliqui quoque reges adornatum urbis addide-
re. quam plurima inuidia ex magnificentia orta. Inter omnia tamen
opa, templum precellebat amplissima opere & fulgenti marmo-
peripetasma .i. velum templi.
re. in quo erat peripetasma preciosum & maximum: cocco & iacinc-
Nota. De Templi velo.
to bissoque intextum, & purpura. non ociosa materia tante diuer-
sitatis. sed cuius species, rerum latentium misterium signifi-
caret: eo quod eius esset templum, quod celo. & aeri. terre & mari. quasi tan-
torum elementorum dominaretur. atque omnia solus regeret. & gubernaret.
Cocco enim igneum figuratur. iacincto aer. bisso. terra, quod in
ea nascitur. purpura mare, que conchilys maritimis inficitur.
De indumentis principis Sacerdotum.
ut duo ex colore: duo ex generatione colligas. Denique princeps sa-
cerdotum hec quatuor indumento suo exprimere consueuerat:
quando maxima celebritas erat festorum dierum. qui totum mundum
indueret, pro populo supplicaturus, in cuius figuram qui uenturus erat
·IHS·
princeps sacerdotum ihesus. qui tolleret peccata mundi. Femora
princeps sacerdotum lineo interius operimento tegebat. eo quod fre-
teris in sacerdote fides mentis queritur. & corporis castimonia.
De duobus Tabernaculis templi.
que succingere debeat carnis intemperanciam. Duo erant taber-
nacula sacerdotum. unum interius. alterum exterius. In hoc semper introi-
bant sacerdotes. in illud interius (quod sanctum appellabatur) semel in anno
troibat princeps tantummodo sacerdotum. non sine sanguine, quem
offerret pro se. & pro populi delicto. hoc significante spiritu sancto uenturum
·IHS·
ihesum. qui uere solus intraret interiora diuinorum penetralia sacra-
mentorum & archana substantie celestis. que nosset omnia. solus
qui patri (sanguine suo) totum mundum reconciliaret: ut celestium

⁊ terreſtrium miſereretur. Demq; poſtea q̃ uenit: pacificauit
omnia per ſanguinem crucis ſue: que uel in terra: ut in celo ſt.
Intus thimiamaterium. intus menſa. intus lucerna. Thimiama Thimiama.
terium. qđ ita ad deum patrem ſicut incenſum dirigatur, maxi
mi ſacerdotis oratio. Menſa quod in ea xp̃i paſſio fit: ⁊ miſteria Menſa.
ſacramentoꝝ. Vñ ⁊ dđ dicit. Paraſti in conſpectu meo menſam.
Cuius uelut duodecim panes duodecim ap̃li teſtes ſint paſſionis XII. panes.
eius. ac reſurrectionis. lucerna que ſup̃ candelabrum ponitur: Lucerna.
ante ſub modio erat. id eſt ſub legis menſura. nũc eſt in gr̃e pleni
tudine. c̃pta in xp̃o frequens lumen effundens. eo qđ ſpiritus ſcs
ſeptem maximaꝝ gr̃aꝝ uirtutibꝫ dei templum illuminet. Trini
tatis q̃ cognitio in interioribus erat templi: que dicebantur ſcã Sc̃a ſcoꝝ.
ſanctoꝝ. ubi repoſita quondam uirga aaron floruit. qđ gratia Aaron uirga.
ſacerdotalis in xp̃o amplius eẽt operatura p^ost^ mortem, qua mũ
dum redemit. Añ templum erant quatuordecim gradus: p quos .XIIII. Templi gradus.
ezechie regis tempore umbra aſcenderat. ſignificans ei uite fi
nem futurum. ſed oraculo monitus orauit: ⁊ meruit mortis di
lationem. hoc inditio qđ iſdem gradibus ſol refunderetur. qui
ſignificaret, tot numero annoꝝ, commeatum ei uite refuſum. Cũ
q̃ munita eſſet undiq; ciuitas plurimorum regum operibꝫ: ⁊ maxi
me herodis: qui caſtrum cui nomen antonie ad ſummi operis
magnificentiam communiuit: ⁊ ampliſſimo ornauit decore: cir
cuibat ceſar. requirens qua ex parte ſe poſſet facilius urbi infundere.
Inſpectoq; per totum circuitum muri ambitu: eſtimauit in
finitimo tumuli, quo ſepultus iacebat princeps ſacerdotum io
hannes: adoriendam obſidionem. Cui diligentius exploranti ad
herens unus ex amicis nicanor: ſtudioſius intendens muneri: Nicanor ex amicis Titi
ſagitta pcuſſus, corruit. propius quippe acceſſerat, dum putat ali ſagitta pcuſſus extinguit.

quem profectum fore patriſ future ſi ſibi conferendi ſermoniſ
daretur copia: tamquam potenſ ac ualidus ad temptandoſ audientium
Tituſ agreditur iheruſolimam
animoſ eſtimabatur. Commotuſ ceſar, quod ei qui ſalutaria ſuaderet:
impulſo uulnere mortem irrogauiſſent: in prelium cogit agmi
na. bellumque attenditur, iactu telorum diuerſo. miſſilibus quoque
maxime. Admouentur arieteſ: quibus feriuntur ualida mu
rorum. Quo perturbati, omneſ qui ante dominationiſ inter ſe ſtudio
certabant: in concordiam coeunt. Dataque impunitate ſuperiorum:
unum corpuſ ſeſe fecere. & conſpirati, cogente periculo, urbem tuen
tur. Egreſſi quoque tumulos, ignem ſuper machinas iaculabantur,
ut deſtruerent aggeres. exurerent uineas. arieteſ incenderent.
ac pene omnia machinarum genera exuſſerant, ni electi plerique
militum & ſociorum, maxime ex partibus alexandrine urbis,
ſtrenue repugnauiſſent. Quibus tamen ualide reſiſtentibus, addidit
ceſar adiumentum equitum potentiorum. Ipſe quoque acriter pug
nanſ: ſtrauit duodecim aduerſariorum agminiſ propugnatoreſ. Ita uis
multitudinis reliquae, exitium declinans: in urbem reuertit.
Iohanneſ Sagipta ictus cecidit.
& ab incendio romana opera defenſa. Cecidit eo prelio iohannes
ductor idumeorum: dum ante muroſ, cognito ſibi romano mi
liti, ſermonem conſerit. ictus terga ſagitte uulnere, continuoque
labitur. Araben ferunt, peritiſſimum de iaculatoribus, eiuſ obitus
auctorem. grauique merore affectos idumeoſ. quod uirum &
manu promptum amiſerant. & bonum conſilio. Sequenti noc
Treſ turreſ conlapſe maximo exercitum timore afficerunt.
te accidit: ut treſ turres, quaſ tituſ attolli iuſſerat, ſupra ag
gerem: quo iudeos ut ex equo uel ex ſuperiore ſpiculis figeret:
ſubito nulla ui hoſtium ruerent. Quo ſonitu romanorum exer
citus omniſ turbatur. ea opinione, quod ab hoſte deſtructos
aggeres, ſuccisas turres, arbitrabantur. que ruentes in gen

tem late stragem dedissent. Ac pene admissum erat faci
nus miserabile. ut uictores incertis p noctem hostibus fuga
cederent. nisi qd tenebre ruinaq; ipa excito puluere pspectu
ademerant. ut quo fugerent incertum haberent. Querebat
unusquisq; de pximo quid accidisset. nec cognoscere ueri po
terat fidem. qa similiter ab omnibz eiusmodi casus ignoraba
tur. donec cesar rebus coeptis insinuari precipet id qd acci
derat casus repentini: nō ullius hostilis fuisse irruptionis.
Sic sedatus pauor. & expugnande urbis subsidium omne
in turribz locatum. Nam cum altissima murorum cent: &
pleraq; ferro aut ere apta. atq; ipa altitudine hostes aiacul
defenderent: romani admouere arietum machinas. Quoz
ictu frequenti muri ualida laxabantur. Inimici leuioribus
spiculis cepe & sagittis. ut ppugnantes auerterent. impedi
menta phibentium detorquerent. Sic paulatim quatienti
bus murus cedebat. unde maiorem ipsum arietem excisore
urbium iudei appellauerunt. Soluta itaq; murorum parte:
dereliquere iudei muri ipsius ppugnacula. securi qd duos
alios muros interiores haberent. & concessere ad murum secū
dum. Illis fugientibz romani ingredientes pcaua muri: por
tas apuere. Sic intromissus omnis exercitus: penitus diruit
murum exteriorem. ne bellantibz esset impedimēto. aut si res
aduerse forent claustrum refugientibus. Diuiserunt sibi loca
iohannes & simon: coniurati circa murum secundum. Iohes
cū suis in castro cui nomen antonia phabatur. Ei ppinqua
erat porticus templi: que uergebat ad partem septentrionis.
Nam & ipe locus in quo castrum postea antonij uocabu
lo pditum: duas interiacens porticus septentrionis: hoc est

Romani pmū ambitū muri therusal. igrediuntur.

est borios nuncupabatur. Simon uero ad iohannis sepulchrum
uicem tuende urbis susceperat. His pro salute, romanis de uicto
ria certamen erat. Quibus et si uirtus potior ad congrediendum:
locus tamen inferior ad obsidionem. cum eos de muro grauaret pre
lium: temeritas iudeis insolentior, fortitudo romanis acrior ore
batur erat. Imminebant partibus duces. eoque maior oriebatur
contentio: dum quisque suis ductoribus pericula sua gestit probare. Si
mon suos urgebat terrore et formidine. romanos titus, pudore
sui quam maxime conueniebat quod morte grauius arbitrabantur
non exhibere pericula sua cesari: cum ipse totiens pro exercitu
periculis offerre se non dubitauisset. Armabat eos uincendi con
suetudo. et cedendi ignorantia. precipueque presens unius cuiusque
uirtutis arbiter titus. a quo non remuneratio fortitudinis cuiusque uir
tutis arbiter expectabatur: sed super omnia fructus amplissi
mi erat presertim illo spectante, quicquam strenue gessisse. quo ei non dis
pliceret. Eo in certamine longinus equestris militie uir exercitatus:
aduersas pro muris uidens iudeorum cateruas: tamquam indignatus quod
romanos bello lacesserent: et ex equo prodire auderent: desiluit
equo. atque in medios se iniecit hostes. et unum in ore ipso parentem
occurrere: telo perculit. simulque eius uocem et animam rapit. Alteri
ereptum de corpore prostrato telum infigit. et ad suos uictor
sese recepit. De preminentibus loquimur. Ceterum multi i
mitatores utraque ex parte: sed diuerso genere. iudeis desperatio
audaciam dabat. romanis glorie cupiditas uirtutem addebat.
Par tamen in imparibus animis mortis contemptus. Iudei solacium
putabant cum hoste commori. titus festinabat conficere bellum:
sed sine suorum dispendio. qui etiam ipsos hostes seruare si posset
quam perdere malebat. Nec aliud mouebat militem nisi consulto

Longini strenuitas.

bellandum

bellandum. eam solam esse ueram uirtutem. cui comes sit pro
uidentia. Nam sine consilio fortitudinem. temeritatem uide
ri. nec usquam magis cauendum quam in uictoria. Turpe est cum inferiore
superiorem. uicti triumphus est. Consulendum itaque ne uideatur
euentus fuisse quod uicerit. ignauie quod consortium periculi non
euaserit. Iubet itaque arietem admoueri ad medium muri septen
trionalis. Erat ibi castor callidus et ad fraudem paratus. qui
fugatis ceteris: per iacula sagittariorum. cum aliis nouem frau
dis sociis: pretendebat. Is ubi appulsu arietis turrim euerti: mu
rum labare: ac facile ruiturum se tormenti [cum] repeteretur ictus animad
uertit: manus tendens rogabat cesarem uoce miserabili: ut peri
ture urbi iam parceret. nec supremo excidio labefactandam
putaret. Cesar estimauit quod sedulo ueniam deprecaretur manus
daturus. ut deditio precederet: Iubet tormentum cessare. iaculato
res temperare a prelio. castori dat loquendi copiam. ille dissensum
simulare. deinde quasi suadere suis. Alii uelle. alii reniti. subitoque uelut
indignantes qui cogerentur: supra loricam se percutientes cecide
re. Miraculum ingens cum fraus lateret sic tempus ducere.
Inter que unus e militibus romanis iaculo sagitte castoris nares
percussit. Ille deplorare [s. cepit] et conqueri apud cesarem poscere [i. bat]: ut iube
ret aliquem dexteram sibi dare. ita se perfugio usurum. Cesar Io
sepho mandat negotium. Verum ille qui caueret iudeorum insidi
as: nichil sincerum intelligere se in eo respondit. Aeneas tamen prius
murum successit. et ut aduenientem susciperet occurrit. Cui
castor uociferans ut sinum aperiret: aurum exciperet: saxum di
misit. Ille oculis uigilantibus lapidem preuidit. celerique corpo
ris saltu lapsum euasit. alium tamen [i. prope] prope astantem: saxi inuol
uit immanis ruina. Hoc cesar intuens: acrius incubuit ad

Castor · No ·

murorum deiectionem precipiens maiore ui tormentum impelli. Contra ad exurendas machinas ignes iaciebantur. Sed ubi murus solutus est: castor cum suis qui in ignem se deiecit. dolo pretendens animi magnitudinem in contemptu mortis. cum dolo turpis uite effugia captaret. Unus iam murus, hoc est tertius superat: subuersis duobus. Adhuc tamen cesar reseruabat patientiam: qui aduerteret sibi iam perire quicquid perisset. Dum parcit & prouocat ad deditionem: non expectato agmine, cum paucis irruens super murum secundum: congregata manu iudei in angustiis plurimos sauciauerunt. plerique etiam utrimque mortui. Tunc cesar sagittis comminus figebat resistentes. Inter confertos iacula nusquam eludebantur. nullus ictus sine uulnere. Sic remouere sese iudei cepere. & titus suos recepit. Et iam fames in urbe grauiter incesserat. Iudei tamen pro uictoribus, quia se intra secundum murum receperant, qui expulsis romanis gloriabantur. Sed neque lapsa reparare: nec lapsura defensare poterant. Restiterunt autem aliquantulum pugnatum triduo ad murum secundum. Quarto die uirtutem romanam non sustinentes: fugere intra tertium murum. Cesar ab irruptione interim temperari iubet. subuerti tamen iubet murum secundum. & quia superat maxima belli portio: statuit ut miles sibi conueheret alimenta. ne uictores inopia urgeret. afficeret indigentia. Quatuor diebus frumenta sibi exercitus conuexit. simul & idoneum uisum est tempus, quo iudei si se consulerent, conuerterentur. Et princeps quidem malebat: sed principes sedicionis, reputantes que in plebem grauibus flagitiis perpetrauerant: dum nullum ueniae locum sperant: perire cum omnibus leuius arbitrabantur: quam si soli auctores perirent. Ti

Subuersio Muri secundi.

Titus insultum facit in ~~tertium~~ secundum murum.

to itaque die, quia nihil a iudeis pacificum deferebatur: ge
mino agmine ceſar menia aggreditur. & duoſ aggeres Tituſ. 3m agreditur murum.
attolli imperat: unum contra antoniam, alterum contra mu
rum qui erat contra iohanniſ ſepulchrum. Eo enim ſuperioris
urbis excidia petebat. illo autem, alterum, ſi caſtrum expug
nauiſſet: etiam templo facile poteretur. Quod niſi in ſuam
poteſtatem deduceret: etiam urbem tenere non poterat ſine
periculo. Diuiſerat tituſ exercitum in duoſ ordines. E diuer
ſo quoque diſtribuerant ſibi iohannes & ſimon officia defen
ſionis. Antoniam defenſabat iohannes. ſimon cum armatiſ
ſuis, & preſidio idumeorum, ad ſepulchrum iohanniſ ſpeculabatur.
atque omneſ obſidentium conatuſ, de ſuperiore loco, quibus
poterat generibus eludebat. Et iam exercitatioreſ erant (malis
edocti) occurrere machiniſ obſidionis. pluraque genera ſibi
tormentorum & ipſi aſciuerant: quibus romanorum opera deſtrue
rent. cepta impedirent. Quorum ceſar aduertens preci
pitem pertinaciam: admiſcere operibus ſermonem uoluit.
ne forte deſperatione uenie peruicatiuſ obniterentur. at ſpe
promiſſorum poſſent deſiſtere. Suadere itaque cepit, ne ſe capte
urbis excidiis inuoluerent. permitterentque eam ſue poteſtati, que
armis iam teneretur & circumuallata obſidione premeretur
ad excidium ſupremum. cedentibus ſe ueniam daturum.
ſi modo uel ſibi uel patrie conſulerent, ne tota ciuitaſ dirueretur.
Mandat quoque ioſepho, ut ipſe patrio ſermone ciueſ alloque Joſephus Judeus
retur. ſi forte contribules ſuos, uel ipſe inflecteret. ut furori
proprio renuntiarent. Qui licet effuſa iudeorum in ſe odia
nouiſſet: tamen quantum a iactu ſagitte longius poterat remo
tus a muris: ita uero ut poſſet audiri: pro futura ciuibus

ORATIO

Elegans ioſephi oro

noto ſibi alloquio proſequebatur. Fuerit hebrei humani ingenij
contendere ptinaciter/anteq̃ res ad ſuppremum ueniret: dum
putatis uos loco/& note regionis ſubſidijs/fore ſuperiores. Licet cō
uenerit romanaſ bello inſuperabiles: armis non puocari a qb;
ſepe uicti ſunt qui uos uicerant. ſed tñ habet huc lapſum im
puida mens hominum in rebus ſecundis. ſimul q̃a plerumq;
belli dubius euentus. & ideo ſe unuſquiſq; ſorti cōmittit: uirtu
te inferior. Poſtremo de muris ſpatis. Non putatis etiam uſq;
ad templi progrediendum euerſionem? Parcite aris. parcite
altaribus. parcite domicilio quondam celeſti. Iam uos ipſe deus
deſeruit: q̃a uos ſ. religionis pietatis cultum deſeruiſtis. In medio templi
bellum ptulimus. Circumfuſi ignes templum oberrant. ſed nō
quales ſolebant. circumſiſtunt armati. Adhuc tñ puras a ſacri
legio manus habentes. uolunt romani parcere. nec ſacros conta
minare poſtes. nec ueteres abolere ritus: ſi uos ſinatis. Quid expec
tatur ulterius? Duo muri euerſi. tertius ſupeſt. & ipſe infirmior
lapſis duobus. An preſidium ſperatur diuinū: atq; auxilium de
penetralibus? Sed ſ. deus qui nos defendebat: ad hoſtem migrauit. qm
quē nos colebamus romani uenerantur. nos offendimus. Quis
autē ignorat cum illis eſſe dm: qui ſibi omnia ſubiecerunt? Nam que
nimio eſtu aut gelu inuia ſūt & ſ. ſunt ideo extra romanum impe
rium: q̃a eadem extra uſum hūanum. Diuerſis populis dm p
uices dediſſe potentiam. Primo egiptijs. poſt iudeis. aſſirijs quoq;
& pſis auxiliatorem fuiſſe nullus negat. poſtea conuerſum ad
romanos/cū hijs pſeuerare. Deniq; ceſſiſſe illis uniuerſa regna.
omnem terram in poſſeſſionem datam. Quid duob' cum uic
toribus uniuerſe terre? quib; ſecreta oceani/& extrema incle
patent. Quid attexam brittannos: interfuſo mari a toto orbe

.i. nos

hec uerba non possunt esse iosephi. aut egisippi.

diuisos & a romanis in orbem romanum redactos? Tremit hos
scotia que terris nihil debet. Tremit saxonia, inaccessa paludibus
& inuiis septa regionibus. Que licet curam belli uideatur audere:
& ipsa frequenter captiua romanis accessit triumphis. Validissi
mum genus hominum perhibetur & prestans ceteris piraticis. tamen in
operationibus non uiribus nititur. fuge potius quam bello parata. Sed
refertis mori prestare: quam libertatem amittere. Quando nobis ista in
dei successit sententia: aut quando apud hebreos, utilis seruitus, liber
tati inutili non prelata? Iacob ipse patriarcha in egiptum deduxit
hebreos: ne perirent fame. Descenderunt patriarche simul duodecim
filii eius: preclara appositum illa generis nostri exordia. Ibi iudas ille, nobilis
iudeorum prosapia: qui nomen populo dedit. Ibi ioseph curru sublimis,
& equis: subicere se in potestate maluit, ut aleret suos: quam ad originis
proprie libertatem redire. Ibi beniamin pia fraude germani re
tentus: consensit dolo. quia non erat crimen seruire potentioribus.
Ibi hereditas eorum cum uocaretur a moyse: tamen herere desidera
bat. Sic patribus uestris etiam dura seruitus non displicebat. ut pe
riculis ante ferretur. Seruistis ergo egiptiis. atque utinam semel. Sed
non solum tunc seruistis, quando celestis esce pluuiis alimoniam
seruitutis extreme perferebatis. sed etiam postea uicti, atque cap
tiui, descendistis in egyptum: cum assirios refugeretis. Seruistis
etiam assiriis per multa annorum curricula. & dulcis illa seruitus
erat. Seruistis macedonibus: persis. seleucientibus. palestinis. Solos ro
manos nobis graues putatis: quibus & illi seruiunt, quibus uos
seruiebatis. Utrum ergo odium his debetis an gratiam gratiam: qui uos dominis uestris
pares fecerunt. Ultionem habent uestri, non contumeliam puto. quia
uos de his uindicauerant quibus subiecti eratis. Seruitio premitur
assirius: qui asirie toti imperitabat. Arat egiptius romanis serit

Mori prestat quam libertatem amittere.

Iacob.

Iudas.
Ioseph.

Beniamin.

Moyses.

de ſuo, q̄d illiſ metat. Machedonia que uſq; ad indos deuic ta
p̄ſide imperium diffuderat: agnoſcit dn̄os, quoſ ignorabat. &
fruſtra ſe regib; ſuiſ, caſſidarum nomen impoſuiſſe reminiſ-
citur. Certe non alias ceſſiſſet, n̄ ad romanorum triumphum.

Pyrrus epyrotaꝝ Rex.

quib; & ipſe pirrus achillee ſobolis, & pro-ſapia & uocabulū
p̄ferenſ: uictuſ armiſ, ita ſe p̄merende patiſ ſtudio ſubiecit:
ut ueniam rogaret. Nam de paleſtinis quid loquar. quos
uniuſ p̄ſidis poteſtas coercet? Ingrati. nūquid non ur̄a nobi-
litas eſt: cum p̄ſis ſeruire? Hoc eſt enī ſeruire cum regiuſ. re-
gumq; maximum habere ſocium ſubiectioniſ. Sed quero q̄n
fueritis liberi q̄ nūc ſeruitutem recuſatis. Quando ḡo liberi
fuiſtis: ut cū aliis dn̄aremini: qui ſub rege dum eratiſ. habebatis
regē deum. repudiaſtis regnum ipſius, ſub quo ſolo eratis li-
beri. Voluiſtis ſeruire hominib;. Cur patrum reuellitis teſta-
menta? hereditas & in patres cōtumax, elegiſtis regem cui no-

Saul Rex.

men ſaul. Occiſo illo: paleſtinuſ uob̄ p̄p̄ls imp̄itauit. Succeſſit

David.

poſt tempora, dauid in totiuſ p̄p̄li regnum. melior quidem
dn̄s: ſed dn̄s tn̄. Priuſq̄ requieſceret dd̄: genti tn̄ & ipſe regē

Salomon.

impoſuit. A ſalomone rurſus ſciſſum in duoſ regnū. & diui-
ſa per longam ſeriem dn̄ationiſ hereditas. Ut tranſiliam cap-

Cyrus.

tiuitates: cyrus pleroſq; terris ſuis iudeoſ, & ſacris ſuis
reddidit. Sed patres nr̄i, cum p̄ſarum prelys grauib; atte-

Machabei.

rerent: q̄uiſ machabeorum triumphiſ nobiles: elegerunt ſibi ro-
manam ſocietatem. Tenet ſcriptura diuina multarum
pacta legationum. facti eſtis romanorum amici: qui p̄ſarum
ſerui fuiſtis. Sed rurſus maluiſtis regem habere q̄ ſacerdotum
p̄ncipem: cui p̄p̄luſ obtemparet. cum ſeuitia ueſtrorum

Herodes.
Archelaus.

regum eēt intolerabilis. Defuncto herode: pulſo archelao:

ſub ceſare tē romano poſtulauiſtis. Tradidiſtis uoſ ceſari:
cui ſubiecti omneſ. ad imitandum inmolliuſ ſeruitium
ſuccōmunium enim conditione uniuerſorum ſeruire; quedā
libertaſ eſt. qm̄ dignitate dn̄antium: honeſtantur obſeq̄a
ſeruorum. namq̄ romani ſeruitutem n̄ exigant aucto
ris libertatiſ. quia nō ſolum numitem regem necarunt:
ſed etiam ſupbum non paſſi ſunt. Et ideo auguſtum apd
eos nomen imperii eſt: qd augeat ſuos. non qd alienoſ oppri
mat. Sed eſto. Sit utile uobis non obedire imperio romano:
Videamuſ ſi liberum. ſi non exitiale. Vrgent noſ romane aci
es. urgent patrie ruine. urget templi excidium. Non qd
utile ſit: ſed quod poſſibile ꝓhendite. Non enim uotorum ſpe
cies: ſed poſſibilitatiſ ratio penſanda. Lex namq; nature cūc
omnibz hominibz. uolatilibz. feris beſtiis (i. est) infuſa. ut unuſqſq;
cedat potentiori. Taurus leoni. ceruuſ urſo. leopardo caprea.
aquile accipiter. accipitri columba. Ipſi tauro iuuenci inferio
res. arieti ouium greges. hyrco caper. ne diuerſi generis
eſſe aliqua uideatur diſtantia. Vos potioreſ romani tn̄ ne
minem expellunt. Vos expuliſtis. immo illi augent. Ne qs
etiam uictus de terris ſuis exeat. antiocho partem regni
ſeruauerunt. & nunc ceſar (i. titus) quid aliud laborat: niſi ut terra
ura non deſeratur: regio ura non euacuetur: ciuitaſ non
euertatur: templum non cremetur: Non omnibus uictoria
datur. Paucis preeſſe natura dedit. pluribus obtemperare.
Tauri armentiſ eminent. arietes gregibuſ. Penes paucos e
minentia. penes plurimoſ manſuetudo. Et uos induite mā
ſuetudinem. ſuſcipite ſubiectionem q̄ etiā fere induunt.
Hec cum diceret ioſephus: conuiciabantur de muro ma

Auguſti cognomē

ledicebant utilia ſuadenti. Plerique etiam iaculabantur ſagittas:
ſi poſſent eum morte affligere. At ille qui oratione non flecte
bat indomitos: ſcripturarum quoque conuincendos teſtimoniis
arbitrabatur. maxime quia dicebant: deum templi ſui pre
No. p Religiõe. — ſidio non defuturum. Temerarii nunc tunc demum diuinum
uobis auxilium affuturum ſperatis: quando armis permiſcuiſtis
omnia. bello altaria uiolaſtis. diruiſtis totius urbis munime
ta. Temerarii inquit & uirorum immemores auxiliorum ſcu
ta & gladios paraſtis: & hoc aduerſum romanos. Non talibus
(q. d. nunquam)
uincere armis ſolebatis. Quando enim in haſta & gladio fuit he
breorum uictoria. Recordamini unde orti. & a quibus ſitis
profecti. Quomodo patres ueſtri hoſtes ſuos uicerint. Temerarii:
quem uobis adiutorem eripuiſtis: dum aliena ſubſidia de
poſcitis. Non in multitudine populi: ſed in timore dei pater abra
Abraham. — ham penetrauit egyptum. Et cum abducte coniugis capti
uam uideret pudicitiam: bello tamen abſtinuit. aſſumpſit
orationis pie arma. defenſorem adhibuit: qui dormiente eo uin
ceret. & expugnato hoſte incontaminatam ſibi coniugem repre
Sara. — ſentaret. Redit ſara ſine armis: referens uiro triumphalem
pharao. — uictoriam. Dormiebat abraham & torquebatur pharao. Me
tuebat ſarra: & pharao crimen negabat. cupiebat alienam: &
dampnato crimine honorabat caſtimoniam: quam ſpoliare deſide
rauerat. Addit aurum argentum ad ſarre pudorem ut condep
naret uoluntatem facinoris expartem. Rogabat patrem a
braham ut pro ſua ad dominum familia deprecaretur. erat enim infe
cunda domus eius. Remeat ſara ditior ſaluo pudore. reuertit
abraham ſanctior. qui coniugalis pudicitie remunerationem
Iſaac. — ſterilitatis remedio compenſauiſſet. Quid de filio eius iſaac

loquar? Iſ quoque patrio fretus munimine: aduerſus finiti
mi potentiſ inſolentiam, nō armataſ pduxit acieſ. Et certe
habebat trecentorum decem et octo uernaculorum ualidam
manum: que reges quinque bello ſupauerat. ſpoliis exuerat.
captiuum loth abrahe patruo reſtituerat. Non gladiū [Loth abrahe patruus.]
uagina exuit. ſed ſolam aduerſus inuidenteſ patientiam in
duit. ſimplicitatem retulit. Venerunt rogantes: qui extermi
nandum denūtiauerant. popoſcerunt amicitiam: qui ſim
timum non ferebant. Contremiſco tanta patrum recenſere
mirabilia. Iacob ſcīus eſau frē parricidium minitante: patriā [Iacob. Eſau.]
reliquit. parentes deſeruit. ſoliuſ ſecum orationiſ ferens uia
ticum. meritoque in peregrinis locis, cum frīs metueret inſidias:
& hōinum comitatu auxilioque egeret: inuenit angelorum con
cilium. pductus (ut ait) ad caſtra dei: colluctatus eſt domino. &
ſicut dicit ſcriptura preualuit dō: qui imparem ſe hominibus
arbitrabatur. Quid aliud moyſes aduerſus regem egyptiorū, [Moiſes et eius]
exercitumque, & dracones eiuſ, ñ ſolam uirgam leuauit? O potenſ [Virga. N.]
uirga, que celum tenebris obduxerit. terram imbribuſ inū
dauerit. ſiccauerit mare fluctibus. Cinxerant hebreos egipcii.
Orabat moyſes & non dimicabat. Diuiſum eſt mare. & ppłus
intrauit. Sequebatur pharao. moyſes inter fluctus poſitus [Merita orōnis. N.]
orabat. Dimerſus eſt cum ſuis pharao: cantabat moyſes. Quiſ
hec & talia conſiderans nō admiretur? & nō intelligat in orōne
nobis meliora ēē arma, q̄ in uirtute. Illa [orō] enī diuinum ſibi auxi
lium adhibet. hec corporiſ. Vicit hec [orō] arma que ſūt nō carna [induit]
lia: ſed fortia deo. moyſi diſcipłs atque ſucceſſor idem, ihūs na [Ihs Naue:]
ue, q̄ imitator et ſuppar magiſtri: iordaniſ aquas conuertit re
trorſum. Idemque, cum inexpugnabiles iericho urbis muroſ ui

deret: sacerdotes tuba canere iussit. iubilare populum. Quo
facto: repente cecidere muri. atque exusta ciuitas est. & omnes
Raab meretrix. — necati sunt quos raab bone meretricis fides a memorate urbis
Gedeon. — excidio defendit. Gedeon quoque trecentos uiros ad bellum de
git. eos demque non arma proferre, sed misteria precepit: in ma
nu leua ydrias aque plenas tenere: in dextera faces. Qua spe
Heli Sacerdos. Nota pro — cie perculsi hostes, fugere illico. atque [ad] hebreos uictoria peruenit. Int
Religione. — missa erat sacre cura religionis, heli sacerdotis neglientia. diui
na imperia deserebantur. irrogatum ab allophilis prelium. [s. est]
uicti hebrei. capta etiam archa dei. & sine ullis armis red
dita. Quo inditio claruit: quod & sine religione arma non uincant.
Ezechias Rex. — & religionem sine armis uincere. Ezechias rex infuso assiriorum
Senacherib. — proprio genti iudee: uoce rapsacis, imperio sennacherib regis, que
in deum iacerentur conuitia: que proprio quam suprema exitia de
nuntiarentur: satis comparisset insinuantibus; non uerba uerbis:
nec arma armis referenda credidit. sed exurgens cilicio se si
cut scuto induit. pro galea cinere caput texit. pro iaculis orationem
intorsit. Ascendit oratio. descendit angelus. Cesa per noctem
assiriorum centum octoginta quinque milia. Cadauera
numerauimus. percussorem non uidimus. Preterieram
Quinque Reges. — de quinque regibus, quos inconsulto domino, bellum adorsos:
per desertum meantes: aque inopia uehementer affligtare
cepat. ipsosque & equos eorum sitis uexare [s. cepat]. Necessitas pret
missum officium reparari coegit. Erat enim rex isti negligens
circa dei cultum. Admonitus tamen ab aliis, ut domini prophetam
Heliseus propheta. — requireret: cognouit heliseum ab hisdem in quibus degeret
locis non longe abesse. Misere oratum auxilia precatio
nis & remedia necessitatis. Licet offensus erat regi isti, qua

perfidus non credebat: pmiſit tn̄ & ubertatem agrum.
& uictorie celeritatem. Manare cepit aqua per deſertū.
& ſponte ſe ſine ullis imbribus infundere [.i. cepit] terris fluenta. Sur
gentes aduerſarij. quoſ ſecuros uictorie/ſompnus uberior/lax
ata preſſerat ſollicitudine: ſubito uidere ſole fuſo rutilare
aquas. & inter regum ppłos bellatum putarunt: quoz ſan
guine terra maderet. Itaqꝫ in predam feſtinantes: paſſim ſn̄
ordine/ſn̄ m̄ currere [.i. bant]/alius alium peruenire [.i. bat]. Sic precipites in
medium progreſſi hoſtium: uallati interfectiqꝫ/ingentem
ſui ſtragem dederunt. Ita ſanctus ppħa [heliseus]/a patribꝫ noſtris/
ſitim pariter/& metum depulit. idemqꝫ aduerſus famem
auxilium tulit. Nam cum obſideretur ſamaria: atqꝫ in ea
clauſus maneret rex ıſrł: grauis eos urgebat fames. ut ne a
nefandis quidem alimentis abſtineretur. Conuentus ppħa
tante miſerie deformitate! ſimul & regis nuncio: qui puta
ret pphete diſſimulatione famē adoleuiſſe: reſpondit. Se
quenti die & ubertatem frumenti: & uilitatem uidebis.
Non credenti nuntio dixit: Ipm̄ quidem quia nō crederet
n̄ uiſurum. pmiſſorum tn̄ fidem nō defuturam. Subitoqꝫ
p noctem in caſtris ſirie hinnitus equoz. curruū fragor.
quadrigarum currentium fremitus. armoz ſonitus au
ditus: metum incuſſere uictoribꝫ. quod in auxilium hebreis
multe ac ualide gentes cōmeauiſſent. ac ſeſe imminenti ut
arbitrabātur pꝛiculo/fuga eximere pperauerunt. Nox con
ſilium maturauit. terrorem auxit fugientibꝫ. Itaqꝫ ſiris
omnes quas inuenerant copias in caſtris/die ſequenti re
perte. abundantia uilitatem creauit. uilitas fidem im
pleuit. mors incredulo [.i. nuntio] ipi quidem fructum eripuit. pub

Heliſeus uez.

Res Mira. .No.

licium tn̄ remedium non impediuit. Liquet ḡ plurimos pa
trum duces, cum minime ꝑpararentur, uictoriam adeptos. a
lios q̄ꝫ bello supiores fuisse: quibus consulentibus bellandi ius
oraculo pmissum foret. Denique uictus amalech: sed cum moy
Amalech. ses manus leuaret. Vicit yhūs naue, cū solem statueret. Vicit
yhs Naue. Gedeon. & gedeon: cū in aqua dimicaturus ꝓbasset. Sanson etiā cum
Sanson. adhuc incōtaminatum crinem seruaret. Vicit & samuel: sed
Samuel. cum adiutorē lapidem figere ꝓposuisset. Triumphauit dd̄,
David. cū bersabeam (hoc est filiam sabbati) suo cōiugio ꝓpheticis mi
sterijs copulauisset. Vicit etiam bello ciuili: qd̄ refugiebat illa
tum: non inferebat. Nichil enim bello ciuili fedius nisi solus q
Asaph. potuit inferre. Vicit & asaph prelio. sed postea q̄ desꝑantibus
suis (qd̄ numero essent inferiores) dixit. nihil interesse pauci
an plures sint: cum deus paucā as timentes se: pluribus faciat
ualidiores. Bonus ꝑfecto fide si usque ad finem ꝑseuerasset. Vicit
& mulier armis, que fidem deo reseruauit. At uero saul uictus
est: quia dei precepta nō custodiuit. Vulneratus iosias. quia
Iosias. ꝯtra impium in hostem ꝓcessit. Irreꝑhensibilis ꝑ omnia, excep
to qd̄ contra imperium in hostem ꝓcessit. Scs̄ & cetera & ideo
raptus. ne captiuitatem uiri debitam peccatis uideret. Cla
mauit necao. nō sum ad te missus: ferens eius fidei testimo
nium. sed inuoluit eum sicut ante amasiam consortium de
generis societatis. Denique & ab homine dei monitus erat, ut
illos quos ad belli societatem centum argenti talentis conduxe
rat, dimitteret: si uellet uincere. Cui dubitanti qd̄ tantum
precij amissurus foret: respondit ꝓpheta, qd̄ haberet dn̄s
plura, unde etiam argentum eidem restitueret. Quo fretum,
conductis renunciasse auxilijs. uicisse cū paucioribus. neque tu

quidem deo tante uictorie mercedem soluisse. sed illico ipsis si
mulacris quae uictor ceperat/ detulisse sacrificia. qui eorum be
neficio uicerit/ quae in predam captiuitatis redegerat. Sede- Sedechias.
chias ipse/ incumbentibus iam patrie ruinis/ per ieremiam conuen Ieremias propheta.
tus prophetam: cum hostili obsidione premeretur: ut urbem egre
deretur: non metueret. uictorem futurum si celestibus imperiis
obtemperaret. aut captiuum/ si defendendum putasset: infi
delitate semetipsum et suos decepit. Abductus erat ab assi
riis populus iudeorum in babiloniam. reliqui ad egyptios trans
ferre se/ qui resederant deliberabant. Mandauit dominus per iere
miam prophetam et ceteros: ut unius gentis essent imperio con
tenti. ne geminata captiuitas erumpnam augeret. Verum
illi post habentes oracula dei: facti sunt duarum captiui gen
tium; qui unius gentis iugo exire impatienter desiderauerant.
Itaque in egipto exules perseuerarunt. At uero illi qui in assirios
ducti sunt/ expleto tempore captiuitatis/ quod pro peccatis
populi dominus constituerat; postea cyro imperante/ remeandi facul Cyrus.
tatem adepti: reuerterunt cum gratia. Renouatum dei templum Darius.
est regum opibus/ cyri et darii. ceterorumque persarum muneribus.
Ipsi itaque qui euerterant: reparandi sumptum dederunt. restitue
runt etiam ius sacerdotum. cultumque iuuerunt religionis.
At uero nostri dum sacerdotium inter se competunt: et apud par
thos ambiunt/ conferri sibi memoratum honorem: de religio
ne mercaturam fecerunt. Quid de babiloniis querimur? Babillonii.
Nostros experti sumus deteriores. Illi nobis reddiderunt ius
religionis. illi sacerdotum creationem restituerunt. et nostri
eam prius refudere. Illi sacerdotales infulas permiserunt nostre
potestati. nostri eas babiloniis uectigales fecerunt. Quid adiciam

cruentatum sacrarium sanguine madere sacra limina. se
diruta adhuc stare templi fastigia? Minor est cura nostra
dei: quam nostra contentio. Illa nos captivos fecit. ista, sacrilegos.
illa disseminavit iudeos: hec sustulit. Conferte si videtur,
quid inter sit, inter captivitatem nostram, et seditionem. Cap
tivitas nostra gentibus infudit nostre religionis consortium. sedi
tio nostra etiam iudeis ademit religionis gratiam. Quis autem
in iudeam romanos in iudeam introduxit: nisi hircani
et aristoboli contentio. Quis socium fecit herodes. Quis antoni
um nisi socius. Quis cesarem sibi regem imploravit nisi nos?
Quis alius preter nos antipatrum regno expulit: et liber
tatem in antipatro? Et tamen non reprehendo, neque abnuo,
florum nuos scelesti consuluisse. sed querela romanis de
ferenda fuit, non arma inferenda. Sprevistis neronem.
sed vespasianus successerat. qui benignus natura. benignior
tamen etiam studio esse potuit: quia in iudea imperium assump
serat. Aut si non movebat pietas. virtus certe eius vos de
buit adigere: ut vobis consuleretis. Sed quomodo vobis
non parceret: qui pepercit iosepho? Cui enim infestior quam mihi
esse debuit. Quis maiora adversum romanos munimenta
extruxit. Quis studiosius pro patria decernendum puta
vit? Postquam vobis bellandi complacita conditio est: bellorum
quidem initia non probabam. sed suscepta non deserabam.
Testantur hoc iotapate urbis, que bellantem adhuc me
texerunt favilla: bello non destitisse nisi post excidium eius civitatis rui
nas delituisse que ad potum, in illo everse urbis sepulchro. pertu
lisse famem, ne romanis me traderem. quesisse veniendi
ad vos effugia. sed deprehensum, non sponte egressum, ma

Iuisse perire cum meis. sed pepercisse cesarem. optasse uobiscum
potius periclitari. non quo probarem consilium. sed quo eligerem
periculi uobiscum consortium. Gratias tamen deo quod tanti sceleris
non incidi societatem. ne seditionum incentor existimarer.
Aut quia his misceri nequibam; parricidium quod manu decli
nare poteram. uel morte implerem. Certe ne sanctissimam
matrem pro me dilacerari uiderem. meorumque dispergi uis
cera. que miserandam quidem. sed tamen tolerabilius est ea pati
quam fecisse. Quid adhuc igitur expectatis? An signa ma
iorum? Non ea nobis merita. non ea circa dei cultum officia.
non ea romanorum que assiriorum infidelitas. qui accepto
pacto dissensionis fidem fregere. nec recedendum. sed a
crius ingruendum putarunt. Quin etiam ut ex accidentibus
colligamus diuine motum sententie. deum iudeis aduer
sari certum est. Denique syloa fons quem ante bellum siccauerat. et
omnes extra urbem fontium uene que diu fluere cessarunt.
ut aqua uestro deesset usui; nisi precio quesita. nunc in usus re
deunt suos. et tito se aduenienti refundunt. Scaturiunt
uberiores uene. atque ita aquarum redundantia omnia re
plentur. ut non solum exercitui large ad potum exuberent.
sed etiam equis bellatoribus. ac iumentis. pecoribusque uniuersis.
hortorum quoque irriguis non desit aquarum abundantia. ut
tamquam admittentibus elementis uictorie romane. largiores cre
das fundi meatus. Recognoscimus prodigia superiora; que et
tunc nostre urbis preuenerunt captiuitatem. Cessauit aqua
iudeis. refudit se hostibus. ne siti obsidio impediretur. Nec
mirum est si recessit a iudeis diuina gratia. quos tanta fla
gitia circumuallarunt. An uero bonus uir, plenum horroris

q bon̄i effugere debet
cōſortia maloꝝ.

Dathan & Abiron.
Moiſes & Aaron.

refugit diuerſorium. & domum ſuam deſerit: ſi quid in ea cō
miſſum ſceleris agnouerit. declinat indigne habitationis con
ſortia. execratur conuerſantium iniquitates. & dubitamus
de ſummo deo & immaculato/quod abhorreat tantorum contagia
flagitiorum. & funeſtorum ſcelerum auerſetur atrocitatē:
nec demoretur in parricidarum conciliabulis. qui dathan/&
abiron/qui moyſen & aaron preripiendo ſacerdotii munere la
ceſſiuerant: ſeparari ab innoxiis precepit. ne pios aut macula
contaminaret de conſortio noxiorum. aut pena inuolueret.
Sed quid ego diutius ſermonibus immoror: cum plena horroris
& gemitus circumfundantur. templique excidium perpetretur.
Qui iſtud oculi ſpectare: qui ſenſus perpeti: quis tolerare animus
poteſt. O ſaxis duriores. ferro rigidiores. qui in tantis rerum
humanarum prodigiis/adhuc inter uos (tamquam ad uirtutis emu
lationem) de ſcelere certatis. & quod eſt grauius: uos ipſi patriam
deſtruitis. atque eius augetis ruinas. Conuertimini aliquando. aliquando
reſipiſcite. iudicate & uidete pulcritudinem patrie quam
perdidiſtis. Que urbs. quod templum. que ſanctorum domicilia.
ſacrorumque penetralia. quae prophanorum opera/uiris manibus euertan
tur. In hec quiſque & flammas ducit & ſpargit ignes. & incen
dia miniſtrat. nec ullo affectu mouetur. Rupium ſi ſentirent
rigor/reſolueretur. certe & inſenſibilia/plerumque in maximis
rerum acerbitatibus ſenſus ſpeciem mentiuntur. ut ſcopuli
tremant. & madentes ſanguine gutte fluant. Vos autem immo
biles perſeueratis. Ut quid melius poſt hec ſuperſit. quid dignius
quod reſeruetis: Poſtremo ſi iſta non mouent que apud pios
preſtantiora ſunt: uiuarum ſaltem miſeremini neceſſitudi
num. Ponite ante oculos filiorum uxorum neces. aut ferro aut fame

quę ſit atrociores

quæ sunt acerbiores. uxorum & filiarum seruitutem. quibus
tuta libertas erit pacto deditionis. aut captiua seruitus urbis
euersione. Consulite dum licet. ne grauiora post mortem relin
quatis: quam ante mortem fecistis. Nec ego liber ab huiusmodi
periculo sum. Nouit & ipse quia cum uiris simul periclitatur, dilectissi
ma michi mater. & cara uxor. haud ignobile genus & quondam
domus clara. At fortasse propter meos hec me suadere arbitra
mini. Occidite eos. & accipite insuper meum mercedem sangui
nem. libenter hanc soluo mercedem uitę salutis, si post me sapere
potestis. Ea iosephus cum lacrimis uociferatus: plerosque de populo
inflexit, ut ad romanos confugerent, uenditis que possidebant.
Quos titus, quo quisque cupiebat duxit: ut etiam ceteri prouocarentur
romanis se sine metu tradere. Confluebant itaque, reperta egredien
di copia. securi salutis, si ad romanos conuenirent. nec solliciti de
seruitute: quibus libertas reseruaretur. hi uero qui sequebantur
iohannem ac simonem, arbitros & inuentores seditionis. magis
scelerum penas, quam aduersa belli formidabant. ideoque intuta sibi
refugia opinabantur. Nec solum ipsi non audebant egredi: sed
etiam insidias pretendebant. ne cui liceret ex populo urbem exire.
Maiorque cura erat egressionem suorum: quam romanorum ingres
sus cauere. Tenebantur itaque muti. Et si quis deprehensus foret:
graues penas dabat. Suspitio tenuis: grauissime causa mor
tis. Non argumentis ueritas: sed suppliciis querebatur. Si qui
pecuniosi erant: affecto crimine proditionis, rapiebantur ad ne
cem. Si qui inopes, quia non habebant quo se redimerent: morti
patebant. Et iam grauis fames seuire, atque amplius seditio gras
sari ceperat, furore ac uesania. frumentum non repperiebatur.
nullus panis in publico usu. Sicubi esse compertum fuerat, illico domus

finis elegantissime iosephi orationis.

expugnabatur. iugulabatur eciam dominus: aut frumenti conditor
quod occultauiſſet. Rurſus non repertis frugibus: que diligentius
abſcondite forent: tormenta exercebantur. Optabant pleriqꝫ
mortis compendium, cum eos aut fames afficeret. aut crudeli
tas excruciaret. Deniqꝫ qui ſeniores erant occidere dedignabantur:
inuidentes beneficium mortis. quibus iam uehementior carni
fex fames miſerabili macie uiſceribus exeſis: nuda oſſa tenui
cute texerant: ſpirabant ſeminetes ſolo adhuc ſpiritu atqꝫ egre
trahebant cadauera. Situbi purgamenta holerum, uel caſu lap
ſa, ut que arida proiecta aſpexerant: reliquo inualidi corpore, ore
lambebant, iacentia humi. Aut ſitubi internata parietibus
uiſa fuerat herba rapientes: ſucco infelici miſeram ſolabantur
famem. Qui ditiores erant: menſuram tritici toto cenſu eme

bant. Quid enim ſeruarent non pro futurum? Qui pauperiores, uel

horder: ita ut nemo uendentem aut ementem uideret. hoc est
omni grauius ſcelere puniebatur. Neqꝫ uero coquendi panis uſus
expectabatur: ne mors preueniret. aut mora proditorem arceſ
ſeret. In occultis abditi, incoctum mandebant triticum. quibus
ulla uel exigua frumenti copia erat. Nulla menſa. nullum
ſedile. nulla lux, ne quiſ interueniret. atqꝫ impulſus depre
henderetur cibus. Si ſoniuſ ullus: abſcondebatur cibus. Suſ
pecte ſolitudines. frequentie parricidales. Inter ſuos triſte
certamen. Omnem & enim affectum excludit fames: & maxi
me uerecundiam. Eſurientibus enim pudor, diſpendium uite, &
detrimentum ſalutis eſt. Si quis uir aut mulier eſſet, aut filii,
aut nepotes, aliquid eſce haberet: uix fatebatur. Similiter
& mulieres. Aut cui mitior animus, ubi appoſuiſſet alimo
niam: de manibus eius extorquebatur. Miſerabilis erat cibuſ.

De extrema fame qua Jeroſolomitani obſeſſi urgebantur.

fames.

[Interlinear glosses: "pro etiam" above "uel" in "Qui pauperiores, uel"; ".s. emebat menſuram toto cenſu." beside "horder"; "ſ. fuiſſet ad ianuas domus" above "Si ſoniuſ ullus".]

esca lacrimabilis. Rapiebant parentibus filii. parentes filiis. &
de ipsis faucibus cibus proferebatur. Plerisque aliorum uomitus
esca fuit. nec marcescentia sumere ullus (s. erat) horror. aut uerecun
dia adimere suis uite ultime stillicidia. & hec tam infelicis spe
cies calamitatis metus erat: ne deprehenderetur. Clausis itaque
foribus exerte ne quis superueniret qui de ore alieno cibum que
reret: & canum more uomitus alienos lingua sua lamberet.
Ne hoc quidem impune. Nam ubicumque fores (s. fuissent) obserate: (s. erat) suspec
ta fraus alimenti absconditi. Prosiliebant ministri seditionum.
clausa expugnabant. intollerabilia & noue crudelitatis exige
bant supplicia. Ne ab ipsis quidem pudendis corporis abstine
batur. & ipsa quoque pena transibat: quod in his grauior sensus pe
natum sit. Multi cum iam percussores irrumpentes uiderent: pa
ratos rapiebant cibos: ne uel ipsi defraudarentur supremo uia
tico. uel certe futuram mortem ulciscerentur. Et quo grauior ui
debatur crudelitas: non esuriebant ipsi qui rapiebant cibos e
surientibus. Rapinis enim sibi aliorum opes coaceruauerant. &
alienis conditis pascebantur: cum ipsi qui gesserant esurirent.
ieiunioque tabescerent. Si qua materno affectu permota: miserans
uagitus infantie, sucum ciborum ore proprio uellet infundere pii
operis: penas luebat. suspensoque ad ceruicem ut herente ad ma
millas pignore (s. filio): simul transfigebatur. Plerisque etiam beneficium
putantes mori: egrediebantur urbem. ut herbas uellerent. uel
radices depascerentur. aut cortices arborum detraherent. si quid
in his uiriditas ad cibi solamina subministraret. Quos inuenien
entes romani necabant. aut qui hostem euaserat: in ipso por
te ruebat limine. fame tabidus & ore inualidus. quem iam
& ipsa mandendi officia destituissent. Regressos quoque exci

genus grauissime crudelitatis.

ripiebat feralior manus. que de gremiis miserorum summo q̄si
ta piculo: per acerbissimum extorqueret nefas. nec partem re
servaret pro mercede saltem periculi. Movebantur itaque maio
re suorum quam hostium impressione. Ea enim que etiam hostis in
dulserat: civis eripiebat. Nec rapuisse tamen huiusmodi civibus proderat.
Quippe non multo post, virenti corpe turgescentibus mediis inti
morum dolore viscerum quatiebantur. aut alvo soluti deficiebant,
exhaustis viribus: ut voti peniteret. quod ad tempus solatio
erat: post supplicio. Deinde lacertis viridibus ceterisque serpentium
generis coctis exuviis: pestem addebant. Nam equorum cada
vera si forte repperissent: inter se trahentes, gravi prelio decer
nebatur. Ne ab hoste quidem que acerbarentur exitia feria
bantur. Nam cum se de urbe plurimi cum filiis ac mulieri
bus egredientes: in eam partem que praeruptorum profundo preci
piciorum sinuaverat contulissent: romani velut captiva
abducerent mancipia. minoris presertim etatis, velut vali
diorem ferirent. nequis forte bellantibus obrepere auderet, specu
labantur. ut si quis sibi querendi gratia, dum rimatur radices
agrestium, adulteriora spatia proderet: intercipetur. Nec tamen cir
cumfuso licet hoste cohibere se poterant, quibus fames audaciam
dabat. cum pueros liberos, matre consumi, et aperta fame ora
frustra extendi: ferre non posset affectus parentum. quos
socios sibi asciverant ad periculum, ne pro se quasi fuge sue ob
sides: a seditionis auctoribus occiderentur. Cogebat fames
egredi, quibus beneficium erat ferro perire: ieiunii comparatione.
Contra romani, quia contemptores eos mortis arbitrabantur:
augebant genera suppliciorum. verberantes prius. affigentes que
patibulo crucis: quemcumque offenderant. quasi ut ceterorum

temeritas, cruciatuum ſpecie, a laceſſendi inſolentia revocaret.
Miſeranda itaque paſſio tyto videbatur, tantaque acerbitas ca
lamitatum. Capiebantur innumeri, quingenti ferme ad diem
cruciabantur. campoſque ante urbem, miſerabilis pompe ordine
pretexebant: ut de muris aſpicerentur. Miſerabantur romani.
non movebantur iudei. Compatiebantur hoſtes. ſocii non flecte
bantur. facilius apud adverſarios pietas: quam apud ſocios
repperiebatur. Tamen accendebantur plerique indignatione: quod in
tantis malis deteriores fiebant. diverſis modis affixos cerne
res. variaſque penarum ſpecies. formas ſuppliciorum. tam innumerabi
li multitudine, ut iam locus patibulis deeſſet. patibula corporibus.
furebat intus ſimon. fremebat iohannes. inſidiabantur ſinguli
per miniſtros ſuos. Si quis fugere temptaret: tractus per humum
diſcerpebatur. Eorum quoque qui abierant proximi trucidabantur.
aut cruci affixa plerorumque cadavera, ſuis qui lapſi fuerant oſten
tabantur. E diverſo etiam ipſi murum quadam patibulorum ſegete
pretexuerant. qui de adverſariis triumphantes. ſi quos de ſuis ad
romanos confugere deprehendiſſent. ut ceteros tranſfugiendi metus
inceſſeret. Nullus locus immunis acerbitatis. foris captivitas. intus
fames. formido utrobique. Minus tamen timebantur arma. quam tor
menta. leviuſque erat confici tumultu potius hoſtico, quam parri
cidio. Nec intermittebat tamen ceſar, invitare factionum principes,
ad ſpem deditionis. Namque ſtructis aggeribus, denuntiabat non
longe affuturum operis effectum. imminere urbi excidia. Conſu
lerent ſibi, ut et ſalutem lucrarentur. et templum incendiis eri
peretur. Id quo facilius crederent, amputatis pleriſque iudeorum
manibus dirigebantur. ne voluntario tranſfugio tranſiſſe ad ro
manos eſtimarentur. et quaſi perfidis non deferrent fidem. iudeos

ipſi necarent. Ac uero illi pro admonitione ſedula: gratia retro
quebant conuicia. funeſtiorem ſibi humanitatem ceſaris quam
crudelitatem uideri. quod alter libertatem eriperet: alter uitam au
ferret. Malle ſe liberos mori: quam ſeruos uiuere. Deuouiſſe ſe animam
i. ſ. arbitrabantur — i. ſ. eſſe eis
ſuam templo. immortalitatem futuram, ſi cum templo exuſti,
aris, ac facis patriis immorerentur. Nihil egiſſe titum. eripuiſ
Paradiſus. ſe parua. dediſſe plura: pro templo ſibi paradiſum ſuccedere. illos
ſe qui pro templo dei pugnauerint transferendos. tantum ne
oculis ſuis triumphos romanos uiderent. et captiua iugo colla
ſubicerent. Conſecrari paruulos ſuos: non interfici. quorum paren
Titus. tes celeſtium propugnatores fuerint ſacramentorum. Quo con
motior titus, ut eos ſaltem eriperet qui inuiti attinebantur: ad
Antiochi comageni filius erat cum Romaniſ. moueri iuſſit machinas. Erat in exercitu antiochi comagenis fi
lius: qui uenerat ad belli ſocietatem. impiger ſane iuuenis. et
manu promptus. ſed conſilio parum prouidus. Qui moderationem
romani exercitus lentiorem ratus: nec conſiderans muneris
difficultatem: inſinuauit ceſari. mirari ſe quod cunctarentur
romani murum ſuccidere. Riſit titus: et ait. commune eſt
opus. Eo ſermone iuuenis ſeſe proripuit, cum his quos arma
tos macedonicum in morem, promptiores ad bellandum habe
bat. Namque et aliis ſubmixus aduenerat. Cohors tamen que ap
pellabatur macedonum, et uiribus corporis, et procacitate ipſa
preſtare ceteris eſtimabatur. Quibus appropinquantibus bellum
adoleuit. Contra de muro promptius decernentibus, quos extre
ma urgebant pericula: et ſucceſſus preſentis certaminis anima
bat: cum inferiores a ſuperioribus frequentius tranſfigerentur:
ad ſuperiores non omnia peruenirent ſpicula. filius tamen regis iu
uenta alacris, armis munitior, comitatu ſuccinctior, alios

eludebat ictus repellebat alios. Quos etiam ut caueret/ sug
gerentibus socijs instruebatur. & ideo integer a uulneribus
perseuerauit. Sed de macedonum cohorte plerique (quoniam pudori pu
tabant eaciam naturae aut munimentis cedere) pertinatius
preliantes uulnerabantur. Itaque conatu irrito: cessere superio
ribus. docti etiam uiris macedonibus si uellent uincere/ &
alacritatem alexandri ad preliandum esse necessariam: & uin
cendi euentum. Namque ille (.i. Alexander) cum obsideret urbem: morantibus
ceteris & circa solemnes machinas immorante exercitu: apposi
tis impiger scalis: murum ascendit. fugatisque presentibus qui de
muro repugnabant: solus se in urbem deiecit. Nec erat tempus
ut ipse sine comite portas aperiret: cum urgerent pericula. sed inmo
dicus animus, ac uictorie auidus/ in hostem prosiliuit. cessere
agmina. sed quantos poterat solus prosternere (.i. bat). Deinde per diuer
sas urbis plateas circumfundebantur hostes. si in unam partem
alexander incumberet: alijs post se circumuallandi copiam
daret. Retorquebat itaque uictor gressum suum ne appellatio x
circumdaretur. At illi conferti inter se urgere ceperunt (.s. ceperunt). in hor
restere super eum telorum plurima resultabat galea tinnitu. clip
peus fragore saxorum. at ni metuentes duci (alexandro) irrupissent ma
cedones: uictor (alexander) innumerabilium gentium/ intra urbem exi
guam fuerat oppressus. Fuit igitur alacritatis quod murum insi
liuit. hostem deiecit. in urbem solus triumphali saltu sese pro
ripuit. impetuoso fugauit populos. Fuit tamen etiam euentus (quod
maxime duci necessarius est) quod tantis ingruentibus populis:
tot sagittarum iaculis, tot ruentibus spiculis: nullus fuit le
tali uulneri locus. Periculum itaque uirtus attulerat. mortem
quoque alacritas inuexerat: si euentus (.i. fortuna) bellantem defuisset.

Ista fuit non fortitudo/ sed maxima Alexandri temeritas.

Dauid.

libra͞ntem

Redit ad historiam.

Ingressi sūt macedones prorupta porta. Sic temeritas uictoriā inuenit. & euentus periculum in gl͞iam uertit. Noster quoq; dauid cum pugnaret aduersum gigantes: intentus in hostem: a tergo ꝑcussorem habebat. sed liberantem ictus suos comes regis abessa [ſ. dauid] ꝑuenit. Verum alexandrum euentus seruauit. ꝓpheam gr͞a. Cedēte atq; antiochi regis cōmagem filio: & cognoscente quod non formidinis sed cautionis esset romani exercitus ꝓpensa moderatio: ut aggeribz, & uineis, arietibus quoq; & ceteris machinamentis murum adorirentur: extruebantur aggeres: p numeros operę diuisio. Precipui [ſ. aggeres] quatuor insurrexerant. Ex quibus unus e regione munitionis cui nomen antonię: ꝑ mediā duc͞tus cāt pistinam, q͞ struciam uocabant. Hunc aggerem q͞ntus numerus triginta cubitorum in altitudinem fecerat. iuxta iohannis sepulchrum. Quibus ediuerso, iohannes princeps seditionum, cumulum suffodit. & romanorum opera suspendit: ignorantibus his, quid latenti cumulo iudei machinati forent quia fulturas tabularum materia eque subiecta, superiora cumulorum suspē derat. fraus omnis latebat. Itaq; ubi oportunitas uisa: ignem apposuere. Qui adultus sulphure & pice: quibz illita erat materies, que fulturam cumulo dabat: ligna omnia facile cōsumpsit incendium. Subiectorum ruina secuta est. Itaq; romanorū opera subito lapsa: sonitum ingentem dedere. Puluere itaq; & fumo repleta omnia, plurimum tenebrarum abduxerant. maiorem q; terrorem iniecerat latens causa. Deinde ubi cōsumptis alimentis ceteris, quibus primo opertus erat: liber postea ignis erupit: dolum ꝑdidit. Et romanis ad presens quidem formido pi͞culi minuta. sed euacuati laboris graue successit tediū. Simul q͞d insultabant iudei, non mediocris angebat pudor.

Simultas Johanis ad subuertendū op͞a Romanorum.

& in reliquum parande expugnationis spes refrixit. At in parte alia biduo postquam iam murus ariete quateretur: tepteus de galilea & magassarus adiabenus, & adgiras, direptis facibus, in machinamenta muralia prosilierunt. Nichil his uiris audacius: nichil terribilius eo bello ex urbe in hostem processit. In medium namque hostium proruentes non trepidauerunt. non retractauerunt. sed tanquam familiarium suorum consortijs immorati: non ante remeandum putarunt: cum undique in eos pila. sagitte. spicula iacerentur: quam subiectis ignibus adolerent obsidialium instrumenta machinarum. Concursus ingens (s. fit) romanus exercitus: ut incendium restringueretur. Iudeorum quoque clamor & studium. quo subtexerant impedimenta romanis ne subuenirent. Illi (ro.) arietes properabant flammis subducere. (Iudei) isti adhuc spargebant incendia. Unde comprehensis omnibus qui uri poterant: romanos flamme circumuallauerant, nisi mature consuluissent. Instabant acriter iudei. atque hoc ipso quod in ea parte conatus irritos non habuerant: successus audaciam alebat. Denique non contenti iam munimentis muralibus, ultra progrediebantur. atque ipsas romanorum incessebant custodias & castellum in quo pretendebant romani, ultro cursum perrexerant. & nisi romani nominis gloria, & militie uetus disciplina, que munia huius modi deserere, grauioris pene arceret formidine: furentibus repugnauisset: expugnatores (ro.) ipsi urbium, proprijs cesserant (i. cessissent) munitionibus. uersa (s. est) itaque species belli. & usus obsidionis. catapultis, & uelocioris generis iaculis, sese defensabant romani. ut iudeos repellerent: quo ipsis ante genere resistebatur. Interque titus aduenit, clamore excitus: & accersitus ad remedium. romanis. Continuo uires addite presente cesare. & pudor a

Lege egregium facinus iudeorum.

luit audaciam: clamante tito: graue romani nois obprobriu,
si uersa uice suos amitterent. quibus iam hostium muri
qui diruerentur defecerant. Diffidentes iudeos munitionibus:
sola niti temeritate. Starent tantummodo romani: uictoriam
non defuturam. Itaque pariter hortando ac proeliando, titus
statuit suos. auertit iudeos. Qui non solum animis ad mortem
parati: sed ipso nisu corporis ingruebant, ut romanos gradu
mouerent. Nec mediocre fuit periculum cesaris, inter confu
sa omnia: cum ab hoste socius non discerneretur. Inter que
titus in medio uersabatur, audax iuuenta & glorie cupidita
te ad proeliandum acrior. quo celerius uictoria consumme
retur. in secundis triumphi, ponens curam salutis. Depul
sis tamen hostibus anceps (·s· erat) consilium. Alii reformandos aggeres.
reparanda machinamenta muralia, opinabantur. alii absis
tendum obsidionis periculis suggerebant. de esse reparandi
materiem. commune cum iustis periculum. muro clauden
dam urbem consultius arbitrabantur. ut conficeret fame
defectis subsidiis alimentorum. Preponderauit huiusmodi sen
tentia, ut clauderentur. ne liberos excursus haberent. quo
amplius & desperatione fugiendi, & indigentia cibi confice
Ierosol muro clauditur. rentur. Diuisis itaque per numeros portionibus: prope murus
surrexit: quo per circuitum omnem inclusa est ciuitas.
Distribuit officia suis cesar. ut noctibus quoque custodiendi ui
ces no omitterent. Prima uigilia ipe obeundi singulos custo
diarum ordines, munia (·i· officia) curabat. secundam uigiliam alex
andro deputauit. Deinde per ordinem tribunis. prout cuiusce
sollertia erat comperta, uices mandate (·s· est). Castellis erat murus
per interualla intextus. In his manus militum pretendebat

v

uigiles. ex equo sibi sompnos & tempora uigiliarum sortiebantur.
Circuibat momentis omnibus murum per spatia quisque prescripta suo
muneri. De castello in castellum per ordinem. & munerum ui-
ces. nox frequentabatur. Precise undique spes iudeorum. clau-
sisque se infuderat fames: atque in penates penitus medullas descende-
rat. Personabant omnia gemitibus deplorantium miserabilis
mortis supplicia. Repleta erant uniuersa semineci cum cada-
uerum. & si paululum expectares: intra momentum defi-
ciebant: quos uiuentes repperas. Ipsi quoque qui adhuc spira-
bant macie confecti, imaginem mortis gerebant. exhausti
fame & tabe luridi, ne oculos quidem faciles attollere. quia
nullum uigorem naturalis motus, consumpta ieiunio substan-
tia dabat. Figura sola hominis remanserat. usus interciderat. Si-
mulacra cerneres. officia desiderares. Arida cutis siccis he-
rebat ossibus. Si leuis motus uiuentem proderat: fetor redar-
guebat. Exilis artus & color ita niger: ut umbram putares.
Nec humandi miseris officia suppeditebant: exhaustis primo
omnibus & continuo morituris. Et si cui uires aliquas recensi-
or cibus dabat: congestio cadauerum spem ademerat. impos-
sibilitatem incusserat. Plerique etiam condendis suorum fu-
neribus inmoriebantur. & inexpleta supremi muneris offi-
cia: suo quoque obitu derelinquebant. Ruebant super defunc-
tos/quos susceperant muniendos. ut ipse quoque oneri accederet:
cui leuando aduenerat. indigens eius ministerii quod aliis
deferebat. Nec erat ullus dolori locus, in communi omnium
calamitate: non quod auctores tante miserie superuiuerent. Nec
tempus querele, his quidem iam uocibus si loqui posset.
Quid enim iam sibi morientes timerent? Sed tamen muti-

[interlinear above "attollere": i. bant.]

[margin: Judei clausi fame pereunt.]

[margin, beside "calamitate": s. erat]

x

iam ſenſibus aſpiciebat templum, quia non ultio tam diri exitus de
poſceretur. Aruerant ſuppremorum munera lacrime, quia omnem affec
tum uis mali clauſerat. Obriguerat animus omnis, ſenſus here
bat plusquam lacrimanda tolerantibus. Deerat iam terra tumu
lis: defoſſis omnibus intra urbem locis, que potuerunt dare uſum
ſepulcri. Temptabant aliqui inter duos muros, nouum ſcilicet hoſtium
ueteremque urbis, procedere nocturno ſilentio. Periculoſa licet, pia
tamen furta perſuaſerant. Itaque pro uno plures inſepulti iacebant: et
eo quod unum deferre geſtierant, pro bonorum munere defraudabantur.
Sed etiam ubi hoſtis deerat, fames operabatur. Sepultor plerum
que preueniebat ſepeliendum, et tumulo eo quem alii parauerat,
includebatur. Subitoque exanimis et lapſus, cum defodit, ue
lut quodam ſtudio opis ſui uis uindicabat. Et ubi terra dee
rat, tabulata innectebantur, ut defunctorum cadauera loculis
includerentur. Plerique eos ſibi ipſi parabant manibus ſuis, ne
deficeret huiuſmodi miniſterium, atque in his ſeſe ſponte con
debant, ſuſpecti ne mors preueniret, et ſepultor de eſſet. Silebant
omnia metu. Inedia uocem ademerat. Ciuitas plena mortis, et
nullus eiulatus in exequiis totius urbis. Et tamen ſenſus quidem do
loris interierat, iniuria non deſiſtebat. Non deerant etiam in tan
tis malis deteriores omnibus, uiolatores etiam ſepultorum. Quid
dicam non horruiſſe, cum illuderent mortuis, et gladiorum
ſuorum aciem in defunctorum cadaueribus pertemptarent? Non
nulli etiam uiuentium, adhuc urgendis corporibus experirentur
ſi tela ſibi parata forent. Et hic tamen uſus pleriſque rogantibus de
negebatur, ut miſeros ad grauiora ſupplicia fames depaſceretur.
tur. Nequaquam tamen ultio morituris deerat. Nam quod uiui non
potuerant, uindicabant ſe mortui, ultorem ſui fetorem tran

tes: quo se de latronibus ulciscerentur. Qui grauiter seuientes, querentesque remedium: speciem quandam pietatis induerant. etiam ipsi qui latrocinabantur: ut eos de publico erario sepeliri iuberent. Sed ubi nequitum occurrere: de muro defunctorum reliquias, in profunda precipitia deiciebant. Itaque aspiciens titus prerruptos specus plenos cadauerum, saniem dilaceratis uisceribus innatantem: alte ingemuit. & manus ad celum eleuans testabatur: haud quaquam illud sibi ascribendum qui uoluisset ueniam dare, si deditio precederet. expectasse se ut pacem rogarent. paratum se ut incolumes seruaret: si bellum deposuissent. Iubet itaque aggeres rursus iacere etiam non appropinquantibus siluis; quia succisa erant omnia suburbana nemora: siluarum uehebant materiam milites. spe uictorie solantes laborem. nec frangebantur tamen animis principes seditionum. Furebat simon nec tantorum mortibus exsaturatus cedebat. & quia inimici deesse ceperant: in socios conuertebatur. Denique nec mathiam quidem, quo auctore in urbem exceptus est: inexcruciatum necauit: nullius apud se conuictum flagitij. sed insimulatum proditionis. & suspectum consilij. quod in usum plebis sedulo, & sine ulla fraude, tanquam familiari crediderat insinuandum. Id alte impressum aliquandiu tenuit. nec iam se ut amico credidit. sed aluit indignationem inditio dissimulato. Ergo insimulatum apud se, quod cum romanis studio congrueret & conueniret: rapi cum filijs iubet. Arcessitur. nec defensionis ulla copia datur. Ante examen adiudicatur supplicio. Nec soboles eius excipitur. sed pene adiungitur. Orabat non uite usuram: sed mortis celeritatem. nature ordinem: ut prior occideretur. ne filiorum neces spectaret, nec superstes esset funeribus liberorum suorum: ipse continuo funus futurus. Non impetrauit quod ipsa pietas exigebat: etiam

---

Mathia cum filijs a Simone excruciatus necatur.

Miſerabilis Mathie lamentatio de Simōis crudelitate:

ſi non rogaret. Et hoc rogabat reddi ſibi pro munere qđ ei ur
bem apuiſſet reus quidem patrie. ſed cōſiliatoꝛ ſimonis. Debue
rat ille hanc penam ciuibꝫ. debebat tn̄ ei ſimon grām. Quo
crudelioꝛ: q̄ nec amico pepcit. nec patrono receptionis ſue penā
relaxauit. Ducitur ad ſupplicium pater cum tribus liberis. nā
quartus fuga ſe exemerat. Statuitur in conſpectu romani ex
ercitus inſultationis ſpecie: ut ſupplicium eius uiderent: ad
quos egredi deſideraſſet. liberent te inquid ſi poſſunt amici tui.
Deducuntur & filij. Nec ſuppꝛema liberis oſcula dare: nec
ultimo complexu filios ſuſcipe permiſſus. Non fraudatus
tn̄ uocis patrie libertate, miſerabili filios alloq̄o perſequebatur.
Ego filij uobis hoſtem induxi. ego carnifices adhibui: qñ ſi
monem ingredi in urbem rogaui. Ille dies nobis moꝛtis huiꝰ.
ille parricidalis cauſa ſpectaculi. Merui fateoꝛ. nec culpam
excuſo. Dum unū reprimere geſtio: arceſſiui deterioꝛem.
Ad auxilium ſimon petitus: & ad parricidium patrie cōn
ſus. ſedula conſilia in c̄men deduxi. Rei ſumus patrie qui
defenſoꝛem queſiuimus. & recte quidem ſoluimus penaꝫ
imprudencie. non tn̄ pfidie. Abſoluit nos ſimon ipē dum pe
remit q̄ pnūciat nō ſibi ame donatum. ſed patrie conciui
petitum. ut cōtra iohannis ſeuiciam auxilio futurus, quam
primum adeēt. & idumeos induceret. Putabamus duobus
inter ſe conſerentibus, liberam plebem futuram. Quis mihi
crederet: non tibi id me ſtudio detuliſſe. ſed de malis hoc to
lerabilius eſtimauiſſe: n̄ tu occideres. Sed quid ego ſic loquoꝛ
q̄i c̄men excuſent. Nihil ſane mea ſentencia grauius facē
potui: q̄. qđ te in ceruicibꝫ nr̄is locaui. Sed in eo patricꝰ,
non tibi fuerim. Debuerim ego ciuibꝫ moꝛtem: ſed tu m

s. debes.

gratiam. Debuerim patrie penam proditionis: quod te induxerim. Tibi quoniam proditor esse tepi. Si fugiendum putassem: consulueram michi. non uiolaueram patrie necessitudinem. Quis hostem non defugit? et hostem internum? Ac te ciuem putauimus. sed hostem inuenimus. Ad auxilium petitus: quid rependisti? Quid autem pollicitus: et quo postea conuersus? Ingressus eras ut hostem repelleres: non ut hostem exciteres. Ut prohiberes ciuium neces: non ut ipse adiungeres. Ut latrotinium repelleres: non ut ipse latrotinareris. Ut subuenires innocenti populo: cur in ipsum arma tua uertisti? An latrotinio appetebamur? tu bellum intulisti. An pautiores ad mortem rapiebantur? tu stragem populorum fecisti. Quis proditor patrie? quis romana arma plus iuuit? non qui extinxit patrie propugnatores? nisi qui eripuit tantorum ciuium defensionem? non qui ab hoste in socios detorsit mucronem? Hostis extra muros pacem offerebat. tu intra muros preliabare. Ille obsidionem uolebat soluere. tu expugnationem appropabas. Ille prohibebat incendia nostre urbis. tu flammas in ipsa templi iatiebas fastigia. Ille contuitu maiorum sacramentorum indutias dabat. tu per ipsos sacrorum dies altaria dei supremo urbis excidio sacerdotum que sanguine restinguebas. Ille muros. tu templum obsederas. Coaceruo crimina mea. Ego patrie manus intuli. ego tuum furorem armaui. Ego hec uniuersa deliramento quodam senectutis excitia impressi. Agnosco dementis etatis imprudentiam. Confessione lauemus pudorem: quoniam negando peccatum exuere non possumus. Duo pre ceteris excidium patrie accelerauimus. Ego errore consilii. tu proposito parricidii. Pendo igitur patriam tibi debitas penas et hoc ipso simoni gratias ago: quod cineribus tuis superstes non ero. Atque uti

nam: liberis superstes non essem. Sed ad sceleris tui simon acerbi-
tatem: filiorum necis spectator assisto. Meritum fateor. qui iohannem
pictum uidere non potui: et te armatum elegi. O precipitem
senectutem. Imaginem timuimus: tirannum expetiuimus.
Ego fideiussor tuus. ego deprecator tuus, legationem pertuli. Ego
te dominum rogaui: percussorem introduxi. Spectemus ergo que fe-
cimus. iohannis nos cera terruit. simonis latrocinia delecta-
uerunt. Celebretur itaque pompa funebris. Veniat carnifex.
filios ante ora patris: patremque obtruncet, super filiorum cadaue-
ra. Hauriam miserabilis senex ictum carnificis, et colla pig-
[i. filiorum] norum seuam librantis securim. Quo spectaculo nichil funes-
tius: nisi ille qui iubet. Crudelis, funeste factio quod precipis. sed mi-
tis factio. habeo tamen consolationem tante calamitatis. Patior quic-
quid miserrimum est, dum tu iusseris. Quicquid est imma-
nissimum subeo libenter: te arbitro. Implesti mensuram scele-
rum seuissimorum. liceat saltem affari liberos. extremum
pignoribus uale dicere. Sit illius ultimus locus osculis: que nobis
etiam cum feris communia sunt. Non prohibeatur miserabilis am-
plexus nature: quem etiam defunctis potest casus donare. Quid
quod ad penam precepisti: proficiat ad pietatem meam. Cadam super
funera mea. et insepulta adhuc, uelut quodam corporis mei
cespite tegam. ne discerpant uolucres aut fere deuorent. Lam-
bam lingua patria sanguinem meorum pignorum, et meo diluam:
ne lambant bestie. et fortasse addet hoc pietas, et miseratio
nature ipsius: ut artissimo amplexu moriens liberos meos
stringam. ne tu possis separare cum uelis. Certe si separabis cor-
pora: animas tamen non separabis. Sed satis [s. effudimus] iam lacrimarum. uiati-
cum sumpsimus. Preite filii. et secuturo patri, uiam parate.

Si potuero subsequi: comitabor simul. Et illic impedimento
erit senectus: quo uiuentes iuuenes minus subsequar. Ad
mansionem precedite: ut fessum patrem suscipiatis diur
no hospitio. Volui quidem precedere ipse & rogaui. sed non impetra
ui. Tamen quo innoxii estis: eo meliora nobis hospitia deferentur:
quam si ipse accersitor simonis peruenirem. Grauat me illa
legatio: licet a ciuibus mandata: petente populo suscepta. Precedite
ergo filii: mundiore supernum iter carpentes uestigio. & mache
bei matrem peruenerunt. sed illi ad premium. nos ad suppliti
um. Spectauit tamen pia mater morientes filios: & supra suorum
se uolutantes sanguinem (s. spectauit): uidet complectentes se inuicem fratres
nature necessitudine. & suo letabatur triumpho: quem de tiranno
consequebatur. Diuersa quidem patientium merita sed eadem
seuitia utriusque precipientis. Inuenit hoc persica antiochus in
manitate. Apud ipsos enim nouorum sunt tormenta suppliciorum.
tu executus es. Ille tamen seruauit ultimam matrem: ad persuasionem
regie uoluntatis. tu seruari iussisti patrem ad cruciatum pa
terni doloris. Consolamini uos filii karissimi. patimur nos quod mar
tires passi sunt. Simon statuit/quod persecutor barbarus inuenit.
tirannus precepit: proficiscamur quamuis nolentes. & fugiamus conuentus
latronum. Sane cum in illam perpetuam domum discesserimus:
si qui ad nos uenerint qui requirant/quid ait ille quondam po
pulus dei? quid illis respondebimus? Maxime si nobis utpote
iunioribus/integer ciui ionathas: mihi saul/utpote peccatori occur
rerit. quid inquam dicemus? nisi populum illum iuda/nouellum/
dilectum/quem mare fugit: cui sol stetit: cessit iordanis: populum
illum inquam cui pluuius fuit fluctus: aer fertilis: terra celestis:
quae non ut nostra hec terra speciem corruptionis induerit. sed

De matre machabea in cuius conspectu puniti fuerunt filii interempti. Iussu Antiochi.

resurrectionis gratiam assumpserit: seruire nunc idumeis & ab-
iectum esse simoni latronum principi. nec seruitutem ipsam
habere securam. nec periculum cum libertate. Quid ad hæc
responsuros putamus: qui elegerunt perire bello. quam libertati
(vel credunt)
Mathathias — patrie superuiuere. Quid etiam mathathiam responsurum
machabeorum auctorem: qui maluit obseruando legem sabba-
to feriatus mori: quam preliatus uiuere. si audierit quomodo si-
mon non solum sabbato cedes ciuium innumeras agitaue-
Neomenie — rit: sed ipsos sacerdotes domini neomeniis & omnibus sanctis feste
celebritatis diebus iugulari coegerit. Quantum ingemiscet ie-
Iecomias — comias: cum audierit simonem qui seditionibus urbem primo
euertit. cede ciuium uiolauerit templi uetustam religionem:
conuentum totiens ut sui deditione urbem exueret incendio:
malle perire omnia. excidio urbem. templum exuri. plebem to-
tam interfici. ne occupate incumbet dominationis fastigium.
Quantum dolebit inquam iecomias. licet tempore malorum urgen-
cium minus felix imperio. melior tamen filio. Pater est sibi minus
felix esse quam patrie (licet miserabiliter) pie tamen maluit. Itaque se
cum sua prosapia egressus urbem babilonis obsidentibus in ser-
uitutem dedit. ne euersam patriam, nec populum dei captiuum
uideret. Filius autem erumpna pari. sed affectu impari. dum
sibi metuit: & se in exilium & urbem in excidium deduxit.
Hic itaque infelix patrie. nec sibi felix. qui & liberos suos &
oculos amisit. Ille autem prudentior: qui captiuitatem ciui-
um sua redemerit captiuitate. Denique exitus docuit. Iste in
regno senior: ille iunior in seruitio defecit: quamuis ei postea
thronum regium babilonius rex iuxta se constituerit. & con-
silii detulerit prerogatiuam, misere calamitatis solatia. Denique

tolerabilior iam in ea ſors eſt, poſt liberorum necem mori, quam
uiuere: ut ſcias quam crudelis ſit, qui filios ante ora iugulet
patris. Cuius etiam regalia munera deteriora ſunt, quam pie
tatis uulnera. Aut enim tam impia inferre primo nō debuit:
aut tam honorata poſtea ſubſtituere: quaſi quęuis dignitas re
dimi poſſit filiorum amiſſione. aut compenſari cędes ſobolis,
quouis uſu honoris. Nulla dignitas tantum dolorem alleuat:
nullus honor curat hoc uulnus: niſi ſola mors. quę ſenſum
adimat. recordationem auferat. Feſtina ergo percuſſor. Remo
rare tñ dum liberos uideo. dum priuſquam moriantur
aſpicio. ne quis ętatis forſitan immaturitate turbatus, mor
tem timeat: cum ſeniorem euadat tyrannum. Beneficium
eſt filij mori, ne patrię uideamus captiuitatem. Tolerabi
liora corporis quam mentis uulnera. Iam tolerabilius & ciuitatis
neces ſpecto. quas refugiebam, ne ſpectem neces incom
mune omnium. ne uideam patrię buſtum. & totam ur
bem ſepulcrum ſuorum. Beatior tñ qui mortuus fuerit: quam
reſeruatus. Summe deus, ne inter innoxiorum greges
ſternatur ſimon cum liberis ſuis. ſpectet captiuus quę in
tulit. Immo minime. Minime inquit. Nam quę potuit
cogitare: poteſt ferre. Nec tñ ea imprecor: Conſideret quam
graue nefas ſit: quod nō poteſt ut uoto retorquere qui patitur.
Si acerba ultio, quam ſeua commiſſi ſceleris immanitas. quod
optat patrię captiuus ſuperſtes: quia peiora ſunt uitę lu
dibria: quam mortis ſupplicia. Sed iam finis uerborum
ſit. feſtina carnifex. dum cruentum ſanguine filiorum gla
dium geris. percutere patrem ut nullus refrigeret: hoc ſo
lum morituro medicamentum eſt. hoc ſolo nō ſentitur ictus

mutionis. doloꝛ uulneris. Perite ſub conſpectu romam exer
citus ſicut imperatum eſt, ut ſpectent uindicaturi. Miſeratur
hoſtis: quia ſocius n̄ miſeretur. Iudicent romam: quia ſimon
occidit ſine iuditio. Teſtes ſt̄ ipſi me non proditoꝛem patrie: ſed
defenſoꝛem fuiſſe. qui pugnantem uiderunt non deſerentem.
liberis ego meis ſi potuiſſem: hoſtem auertiſſem: non hoſtem ad
uocaſſem. atq; utinam nec ſimonem arceſſiſſem. Nec finis ull⁹
adhibitus tante crudelitati. latebant adhuc cum patre inſe
pulti liberi. Adiungitur & ſacrilegium ſpectaculo parricidali. Ce
ditur ananias ſacerdos claro genere oꝛtus. licet nemo clarioꝛ
ſit ſplendoꝛe generis: quā munere religionis. Illo enī affectat᷑
nobilitas. hoc non deſideratur. Habeat ſibi uetus ꝓſapia diui
ſoꝝ faſtes honoꝛum. habent & ſacerdocia ſuos faſtes. qui eleuā
tur nō humeris: ſed moꝛib⁹. & attolluntur non uirgaꝝ ꝑceri
tate: ſed laboꝛum perſeuerantia. fidei altitudine. pietatis faſ
tigio. ꝑcuſſus eſt etiam ſcriba ariſteus clare & ipſe originis. Et cū
ipſis alij de plebe quindecim preminentes ceteris. licet multaꝝ
necem non nobilitas faciat: ſed innocentia. Preoccupantur &
undecim uiri: qui pariter conſpirauerant, conmoti ſceleruꝫ
eius atrocitate. & ſibi quiſq; metuentes que in alios exerceri
uidebant. qđ infidelis & amicis foꝛet. & ſpes adempte, ꝓſtan
te uniuerſos fame: romanis iam iamq; irrupturis. Turbato ſi
mone ad opem defenſionis. bacchante ad officinam crudeli
tatis. facilisq; illecebra ꝑditionis. qđ iudas unus ex ipſis turrē
tuendam ſuſceperat. Is igitur cum romanos uocaret: traditurū
ſe pollicens turrem: faſtidientibꝫ alijs, qđ tam ſero proditio
ꝓcederet: alijs dubitantibus: q̇a frequenter ꝓmiſſa deditio
ne dolum parauerant: preuenit ſimon. & de uniuerſis cōſpi

v

rationis sociis penam exegit. Corpora quoque eorum de muro precipitata. Clausus tenebatur iosephi pater. nec ulli ad eum accessus patebat. Eo studiosius iosephus ad deditionem inuitabat iudeos. & inconsultius murum successerat. ut liberaret patriam cum patre. Quo loci saxo percussus caput: concidit. Ac pene iactis desuper telis oppressus fuerat. nisi precepto cesaris missi forent qui eum protectum clipeis: eriperent neci. Comperto mater filii sui uulnere. & insultantium latronum consternata uocibus: mortis eius formidinem simul & fidem induit. miserabiliterque deplorare hoc cepit. ad hos fructus fecunditatis se reseruatam ut nec officio uiuentis filii potiretur. nec sepeliret defunctum. Vocati quidem sui fuisse, ut ipse potius matri sepulturam daret. inter eius manus supremum exhalaret spiritum. Ille frigidos artus deficientes foueret. ille ultimos ore anhelitus legeret. ille oculos morientis clauderet. ille spirantia adhuc ora conponeret. Sed quia uoto exciderat: solatium fuisse, si ut ipsa interesse potuisset filii morientis supremis. Miserabili quidem sorte. sed tolerabili tamen. ut quem superstitem optauerat: eius uel funus teneret. Verumtamen uel de muro inquit spectare mihi mea funera liceat. & si contingere non licet. Utinam quidem nemo arceret. Sed quem metuam destituta tanto filio? Quid pertimescam. cui beneficium est mori? Utinam in me tela sua omnes contorqueant. me gladio omnes transfigant. Quod uiuens non potui: mortua saltem filii mei corpus ueste mea protegam. Abundat unius uestimentum ad sepulturam duorum. & fortasse quisquam hostium miserebitur: ut amictu filii matris oculos tegat. & oculos oculis. manus manibus. ori ora conectat. Precipitans itaque se ad muros: celum ipsum miserabili questu replebat.

Josephus.

querimonia matris Josephi miserabilis.

Insultabant sui. flebant romani. Apud socios crudelitas: apud
hostes misericordia. figite inquit me si qua est pietas. ego
genui quem persequendum putatis. Ego infelicia ubera dedi.
me extinguite: si de illo uindictam queritis. Dum ista de
plorat: ecce ad uocem matris processit iosephus (& deflere
cepit quod euaserit. cui dulce fuerat ante patriam mori. & pro patria
dum salutaria suadet: procumberet. Sed iam non pro parentum
contenderet salute. quam depositi eorum in carcere uite finem
supremum exigant: liberantur si moriantur. sed pro ara. pro
templo. pro semirutis adhuc urbis membris trepidare. optulis
se se uulneri: ne patriam euerti uideret. Qua excitati quam
plerique ad romanos transeundum rati: qua potuerunt uia
subtraxere sese insidiis latrocinantium & custodiis pretendentium.
Quibus quidem titus misericordiam promissam reseruauit.
Alia grauior erumna · Sed alia grauior erumpna accidit. Namque ubi data alimenti
copia: cepit oneri esse cibus qui prius usui erat: desuetisque e
dendi officiis ministerium ferebatur: Nulla uis dentium
ut cibum mandarent. Nulla arteriarum substantia pa
nem arrodere nullo poterant modo. Si quid sane sorbuisset
mollioris alimonie: interclusis iam faucium meatibus
strangulabantur. Obriguerant interiora uiscerum. obstruc
ti erant ductus ciborum. Aruerant iecoris uene que cibos
attrahunt. Perierant usus. auiditas cumulabatur. Virtus
defecerat. appetentia manebat. Ruebant supra cibos miseri
& inualidos morsus more infantium meditabantur. Plerique
uisis alimentis: ipso gaudio deficiebant. atque inter exopta
tos sibi cibos moriebantur. solati miseriam quod uotum im
pleuerant. Sed erat pompa lacrimabilis: cum plures aci

v

bo/ad periculum surgerent: quam ad salutem. ut & uictũ
noceret. Inflabantur enim insolito cibo corpa, potius quam
reficiebantur. & q̃ quodam ydropis morbo distenta: penas
dabant. & si quibus ulla adhuc uirtus edendi: auiditas mo-
dum nesciã, qđ ferre non poterant, sup̃ mensuram ingere-
bat. repentino cibo farcti dirũpebantur. Quid ẽ graue non
erat. quibus erat grauis & solus affectus: ut obiect uidisse
qđ desiderauerant? In tapates ẽ affectuum per longam
famem oppressit etiam sensus. natur & ipe gaudij motus
g̃uaũ. Nihil g̃ mirum si exhaustis periculo tibus est. Deniq̃
post biduanum ieiunium si quid auidius sumpseris: statim
crudescit. Vñ plerisq; mos est. ut sucum lactis infirmis iuste-
ribus infundant. eoq; tum melle permixto: tempent humo-
rum exaspatam ieiunijs intempantiam. & defectionem
corporis, uelut infantiam quandam, molliore cibo nutant.
Sic ergo nõnulli iudeorum qui ad romanos confugerant,
potuerunt euadere. quadam arte pensantes moderami-
na cibi: donec desueta edendi caro in suos usus rediret. Nec
tñ pfuit miseris. sed causa maioris exitij fuit. Nam cum
ex his plerisq; accepto cibo, aluum purgarent: egesserant
aliqui binones aureos: quos absorbuerant, cum adorna-
rent fugam. ne deprehensi (q̃a insidiatores omnia pscru-
tabantur) non solum dispendio: sed etiam periculo forent.
Scelus enĩ ducebatur, aurum quemquam preter latro-
nes habere. Hoc itaq; postea iudei specie miserabili, inter
inquinamenta alui legebant. Conpit id quidam assyri9.
& ab uno in omnes opinio manauit. Quod genus homi-
num preceps ad auaritiam & paratum ad insidiam in-

Margin notes: ·l· persoluebant · (at "dabant"); ·l· mandebat. (at "ingerebat"); ·s· iudeorum (above "quemquam"); ·l· aurum (above "Hoc")

Alia erumna Iudeorum.

Quid nõ mortalia pectora cogis / Auri sacra fames?

hil tam atrox sit quod refugiat. nihil tam turpe quod erubescat stu
dio pecunie. A siris in arabas diffusa fama est. quibus & non
minor auaritia & feritas barbarice proprior inmanitati eo quod p plem
fracti auro iudei forent. Diripiunt quoscumque offenderant.
aduenientes contra fas. contra leges deditionis. contra promissum
cesaris. quos occidi non licebat. Incidunt adhuc uiuentes. truen
tisque manibus euiscerant uentris secreta. Aluum scrutantur. &
inter eius manantia purgamenta aurum requirunt. nec mi
nus turpiter quam illi quos adigebat fames. insuper etiam seua cru
delitate. Multa atrocia eo commissa precio nihil hoc uno atrocius.
Ad .ii. milia Judeorum una nocte discissa ad ingrediendum aurum in uisceribus conditum. Denique una nocte duo milia fere uirorum discissa sunt tali fla
gitio. diuisisque uisceribus questus (i. lucra) suos syria numerabat. arabia
negotiationis recensebat emolumenta. que sine transfretati ma
ris periculis nouo crudelitatis commento in usum lucri uerterant.
& mercedem putabant. Quod etiam nunc in huiusmodi hominum
genere repperias: & non nullis egyptiorum: ut curandis fune
ribus negotientur. & officia humanitatis uendant mercature
Auaricia. compendiis. Misera fames auri nihil sequendum putat nisi quod
ad presens lucrosum. Nihil honestum: quod pecunie uacuum.
Grauis iam dudum grauius inoleuit humanis affectibus que
rendi cupido. & mercatura facta est uita hominum. Ueno &
empto uiuitur. Serpsit itaque uitium in uniuersos. ut iam to
lerabilior sit commutatio mercium quam morum animorumque.
Infecit syrorum auaritia etiam romanorum exercitum. Ni
chil enim facilius in alterum transit: quam pecunie amor & de
siderium habendi presertim finitimas opes quibus uicinus adu
rat. Nec est ulla passio que magis animi uirtutem effemi
nat: quam cupiditas diuiciarum. Denique uersutia laudi datur.

paupertas pro habetur. Impediunt hoc uindicte ſeueritatem : lucanus; Quod multis peccatur inultum est.
quia innumeri reperti tanto furori obnoxii. Ideoque titus qui ual
lare circumfuſo exercitu ſiros & arabes preposuerat. contempla
tione multitudinis reuocauit ſententiam. ut ſuperioris delicti
gratiam faceret. & ne poſtea committeretur : penam denuntia
ret. Verborumque auſteritate grauiuſ ſuoſ argueret. quod au
ro ſuccincti & argento : pretioſiſque telis nitentes : nec arma
ſua erubeſcerent, ut tanto ſe decore dehoneſtarent. At uero ſy Egregia & digna increpatio titi in ſiros
ros & arabas increpare : quod immemoreſ romani nominiſ : dictu qui secum militabant.
quoque horrenda excogitaſſent. Veniſſe eos ad belli ſocietatem.
non ad exercitium flagitiorum. In exercitu romano non ſolum
uirtutem corporis : ſed etiam mentiſ requiri. Nec tantummodo forti
tudinem in hoſtem : ſed etiam diſcipline normam ſpectari. ne
crudelis. ne impius. ne inſolens miles ſit : ne prede potius qua
uictorie intentuſ. Ea grauia uideri militie flagitia & uindi
cari atrociter. Inter arma quoque leges ualere. fide melius bella
geri : que ſeruetur etiam hoſtibus. Si ergo & armatiſ debetur :
quanto magis precantibus ? Proinde cauerent ab huiuſmodi flagitiis.
ne & uictorie exortes : & ſalutis fierent. neque ſe diutiuſ paſ
ſurum, ut eorum ſceleſta facinora, romaniſ aſcriberentur. quibuſ
oneri : quam uſui forent. Itaque repreſſit aliquantulum, non extinxit
auaritiam ſirorum. ut arbitrium fugerent non ut preceptum
fouerent. Denique explorato prius ſi forte romani militiſ deeſſet
preſentia : de miſerorum uiſceribus execrabile lucrum proferre
batur. nec tamen in omnibus ſequebatur etiam prede euentuſ.
ſed in paucis. Quo crudelior feritas. quia non ſolum propter opes,
ſed etiam propter ſpem lucri plurimi extinguebantur. cum latrones
ipſi, & ſeniores pirate, latronibus a latrocinio temperent. ubi pre

dam nō senserint. Solus enī barbarice immanitatis est grat
tis nocere. Nam & ipē fere ut infitiant: predam sequūtur.
Foris itaq; pene atrībe. intus immanior iohēs. Deniq; cum
talia gererentur a syris, etiā si aliqui reuocarentur, indicio
cōperto, transfugere cum alijs nō desinebant. Inter quos
manneus lazari q̄ asserebat per unam portam sibi credi
tam, centum q̄ndecim milia mortuorum elata. additis
adhuc octingentis octoginta funeribz, ex quo ipē tuende
uicem huiꝰmodi recepisset muneris: idq; solo eoꝝ numero
collectum, q̄ mercede publica sepulti forent. preter eos quos
sepelierant sui. Que autem sepultura: nisi ut de muro ca
dauera deicerentur? Post ipm̄ plerіq; non ignobiles uiri
confugientes ad titum: sexcenta milia defunctorum
fuisse, que p portas elata, numerata sint, cōmemorabant.
Eorum uero cadauerum, que pp̄ter infinitam pauperum
multitudinem, offerri nequiuerunt: atq; in maximis do
mibz diuersorumq; operum spacijs constipata sint: nu
merum fuisse inestimabilem. Et adhuc processus erat
malorum, que iam supiorum omnium finem uicerant.
Adhuc seua obsidio, bellum graue, maioribꝰ iam tn̄ uideoꝝ
animis: quam uiribꝰ. Super omnia uero fames tetrior. que
insidiaretur iumentis aluum purgantibz. & uetusta rima
rentur boum stercora. ut q̄d uisu erat horribile: hoc fieret
esca esurientibz. Miserabilis congeries in sepultorum cor
porū. & circuitu longo terra ipā tecta cadaueribz: repleta
an muros oīa. terribilis species. horror grauis. odor pesti
lens. q̄ nec uictores, nec uictos discerneret. utrisq; simul
noxius. & maiore romanoꝝ impedimento. qbꝰ ntre erat

c. xv. milia dccclxxx. p unā solā portā funera elata.

sex centa milia defunctoꝝ.

latentes reliquias cruentato perierit uestigio. Terra ipsius inculta, succisis omnibus que ad usum militis et machinarum necessario conueherentur. Per tredecim ferme in circuitu urbis milia, longe lateque uasta (i. uastata) humus. et nudum gignentium solum. Omne illud pomerium in quo ante nemora uiridantia. orta inhalantes floribus diuersa pomeria. suburbana predia gratam sui speciem dabant si quis postea uidit hospes ingemuit. incola non recognouit. et ad genitalem regressus locum cum presens adesset patriam querebat. Reparatis aggeribus, et uineis, ceterisque machinis obsidionis: renouatus est belli furor. et quasi ad extremam operis manum, utrimque studiis conspiratum. Totius enim periculo certaminis decernebatur. quia et romanis soluenda obsidio foret: si aggeres, uel arietes incenderentur: quibus propter inopiam siluarum, reparationis subsidia non suppetebant. et iudeis excidium patrie incumberet: si manu cederent: cum quassata murorum repetitis arietum ictibus resoluerentur. Processere itaque iudei cum facibus, adeo feroces: ut tanquam cessuro sibi romano exercitu, incendia in machinas spargerent. obsidionem soluerent. Sed exhauste iam uires fame: et res fracte: priores successus negauerunt. spes defecerat. audacia manebat. Contra, romanis maior pudor, si ab his qui extremum fame spiritum traherent: uictoria de manibus diriperetur. Conserto itaque prelio, repulsi principes seditionis ad murorum subsidia: bello impares reuerterunt. Sed ubi dubia murorum cessura, repetitis ictibus, iohannes haud incuriosus extremi subsidii, circumspexit. interiorem murum quem in .c. littera duxit. Postero itaque die, conuulsa parte murali: fragor labentis edificii, et exer

Insultus Romanorum in urbem ierosolomitanam. et eius expugnatio.

citiuſ romani clamor, ſimul intercipuit· qui patrato excidio
muri plapſione. Sed ut conclamate urbis reſultauit ſonus:
uerſa uice rerum, noui muri ſpecies impulſa, romanorum
gaudia reſtrinxit. iudeorum audacia ſucceſſit: quia pericu
lum differebatur. Tunc ę ceſar exercitum adhortari cepit:
ut nouum illum murum, ſine ulla cunctatione, adoriendu
putarent. quem conſtructio recenſ infirmum, & facile ſolu
bilem pderet. Auderent mo animiſ ꝓcedere. fragmeta mura
lia, aſcendendi facilitatem datura. ut preliantes romani, iu
deis deſuperiori loco decernentibz, adequarentur. Et quia cunc
tantes uidebat rei difficultate: ualidiſſimos quoſq: iuxta
ſe cogregans: in bellum accendebat tali oratione. Omnium re
rum exituſ pluſ negotij quā principiū habere: nulli incognitū
fortiſſimi commilitones. quia cōſumatio ſuſcepti muneriſ, ma
iorem querit laborem. Siquidem toto libera nauiſ currit ma
ri: & ſi non ſemper a pupe uentorum aſpirent uelamina: gu
bernator tn̄ obliquat uelorum ſinuſ. & ſine refragio ſcindit
fretum. Sed ubi ad portum uenitur: oporti ma curarum te
periſ neceſſaria eſt. & anguſto ingreſſus nauium cerce
limine. Maior itaq: periclitura· i· eſt, ubi ſpes ꝓpinqua. Edifican
tibꝰ quoq:, plana exordia fundamentor, ſed ardua celſorum
opa faſtigiorum, & plerumq: in ipo claudendi operiſ fine mer
cedis ſue munere defraudatur miſerandus faber. aut culmi
niſ lapſu obrutuſ: aut inſtabili deceptus ueſtigio: ut ad infe
riora decidat. De agricola quid dicam? cui ꝑmetus laborio
ſior meſſis: quā ſegetis· i· eſt uindemie quam putationiſ. & adul
tis fructibus, grauiora ſemper metuenda pericula. Nihil g°
nouum, ſi adhuc noſ in ipo portu conſumandi curſus piclm

Oro Titi ad Militeſ.

· ORATIO ·

Similitudo ·

manet. quia per angustiora uiarum scandendum est ad antoniam.
Quod eiectis inde aduersariis, superiorem occupantes locum:
ac super uerticem locati hostium: ipsos quodammodo anhelitus
eorum intercludamus. Sed difficile hoc nobis uidetur commilito
nes. Quasi uero ad ludum, non ad bellum conuenerimus.
in quo aut uincendum, aut moriendum sit uiris. Tunc ergo
debueratis excusare, quando ad prelium ueniebatis. ut uindicare
tis cladem exercitus romani. & maculate militie probrum
dilueretis. Si neronis tempore, ulciscendam iniuriam roma
ni nominis estimauistis: quid uos decet uelle, uespasiano im
peratore? Lauemus superioris imperii notam, ne nostro adhereat.
Quam nero quidem remoturus per uespasianum estimabatur:
uespasianus per titum in se transfuderit, non nescimus. Exe
quenda nobis tantummodo supplementa uictorie, pater reliquit.
Quo fusis incassum tantis laboribus dedecores multique referi
mus gradum, derelinquentes uictoriam? qui non leuius timen
sit de militia decedere: quam uictoriam deserere. Illud enim
formidinis: hoc proditionis est. Sed periculosum putatis in hos
tem descendere. & murum armis circumsonare. Quasi uero
muliebria de nobis, & non uirilia opera ipsa natura expectet. que
nobis ideo uitalem infudit spiritum: ut eum pro gloria libenter re
fundamus. Ad que igitur non ad maxima queque a duce suo bella
tor adhortandus est? Nam usitati operis adhortatio, non solum
cuentis: sed etiam conuenientibus affert pudorem: ut exigas quod
sponte debetur. Id est de se militem prestare oportet. Et cum
quid immoderatum a uobis exigo. Nonne prestat per uirtutem
mori, quam uiuere ad ignominiam? In medias romanorum
acies frequenter iudeus excurrit. ac sese hostilibus cuneis

inpauiduſ infundit non ad ſpem uictorie: ſed ad inditium
fortitudinis. & oſtenſionem glorie. Nos quibus terra uel mari
nemo inpune adhuc reſtitit: quibus non eſt nouum uincere,
& tamen non uiciſſe: cum tanta de celo habeatis uincendi ſuf
fragia: ne ſemel quidem in hoſtem protuliſſe gradum non
pudet. ſed armatos otium tenere. & in procinctu poſitos, fe
riatis animis exſpectare, ut fames pro nobis dimicet. atque ine-
dia potius ſua: quam noſtris fuſi gladiis: in obprobrium nobis erubeſ
cendos uertant triumphos. Non pudet inquam ſtrenuiſſimos
militones uniuerſarum uictores gentium, nihil ſe armis
ſperare: nihil de uiribus: ſed de ſola obſidione & opperiri quando hoſ
tis morbo conſeneſcat: atque in ſuo moriatur lectulo? Et que
poteſt eſſe ſine bello uictoria? Omnia ſunt repleta cadaueri
bus. deformes exuuie, iacent exangues reliquie defunctorum
non quos ipſi inter ſe ſuis manibus trucidauerunt. Quid time
mus eos. quos iam fames. ignis latrocinium ſeditio extinxit?
Quid deſtitutos diuina beneficia? Cuius enim niſi dei nu
tu in ſua colliſi arma ſunt? Deſtituti quoque ſubſidiis alimentorum.
nec ullius domeſtici finis furoris. Vereor ne iam & religionum
uideamur rebelles: qui & noſtris & ſuis religionibus infidos tam
diu reſeruamus. Verum eſto. ſit atrox bellum, & formidolo
ſum. Quid est nos belli demulcto fatilitate. Sit uictoria in
certa. certum periculum. Nonne apud eos in ſermone eſt, qui
humana prudentia nouerint, in periculis preciorem eſſe omnium
aiancium fortitudinem: quam inremiſſionibus contectionibus?
fere ipſe cum ſe circumuallatas armatis uiderint: maiore in
eos impetu ruunt. ut ui ſibi aperiant iter. & atrociora ſer
pens latibulis excuſſus, infundit uenena. Sunt etiam que

v

natura innoxia: in periculis cum suis ad nocendum fortia
sint. habent tenui sua arma. Si quis se obuium ferat: & mō
tem cornibus repellunt. Habent & sese apicule suos morsus.
Quid autem de uiris bellatoribz apud romanos loquar: cum
leonides ille lacedemone genitus, preliaturus aduersus in
numerabilem ꝑsarum exercitum: dixerit prandeamus
interris apud inferos cenaturi. Tantumq; apud grecos ua
luerit hic sermo: ut non solum de trecentis illis lacedemo
niis uiris, quibus ipē preerat se nemo subtraxerit: preter
unum tn̄ quem supstitem postea nullus recepit: sed etiam
de ceteris qui simul ad bellandum ꝓcesserant: nisi quos
leonides tanto degeneres bello repudiauit. Quid de romanorū
integris legionibz loquar: quas cato romane assertor facundie: &
ueritatis sincerus interpres: asseruit cum exultatione ad bellū
ꝓdisse: de quo se redituros nō arbitrarentur. uniuersosq; libenter ꝑ
cubuisse: ne mutarent sententiam. Beati quorum nemo suis
hostium uictoriam fuga annūtiauit. De trecentis tn̄ lacedemo
niis uł unus subter fugit. Et illi in angustiis ꝓhabantur: ne cernū
uenirentur. De romanis legionibz nullus uite elegit. sed omnes mō
tis hereditatem. quorum uos posteri estis: si contemptu periculorum
qui gloriosa indoles, uirtutis ꝓ sapiā non abnuatis. Quis enim
fortium uirorum esse se mortalem nō nouerit: omnibusq; positum
finem uiuendi: Quanto ĝ melius (s. est) patrie impendere, qđ nature de
beas: & necessitatem cōmutare gl'a: nec anhele senectutis sus
piriis obnoxiam uitam degere. nec feruentis egritudinis casus
reformidare. cū depositis euo cotidiana fastidia sint: Illorum
aūt qui languore marcescunt: deficientibz uiribz pariter ac
sensibz (ut multorum opinio habet) anime simul cū corpe

Leonides.

sepulcro adiudicentur. ac uero bellatorum & strenuissimorum ui
rorum, qui se pro patria. pro liberis. pro religione morti deuouerint:
animas de uinculis corporis huiusmodi ferre absolutas. nulli dubium
quod purum illud etherium elementum, stellarum lumine
refulgens. in celestibus suscipiat habitaculis: hospitio quodam su
perne quietis. In terris quoque remanere insigne aliquod: uel glo
rie. ut iniurie. ut & languore contaminatos, obliuio abscondat. &
aduersum pectus in hostem ferentes, si mors conuenerit: se
quatur gloria. Ad hec uos inuito premia commilitones. ut in hostem
pergamus: quem clausum tenemus. & ascendamus in murum,
per ruinam muri ualidioris. que nobis uelut quendam agge
rem prestat. & equatur muro inferiori. Quisquis uirtutis uox
illum preferens, primus murum ascenderit. uel secundus. uel
tertius. uel pluribus comes: haud quaquam non donatus opimo
abibit munere. & si nulla maior remuneratio, quam fortitu
dinis gloria. que plerumque est tutior. Nam ubi primum animis
& uiribus confidentissimus quis ascenderit: fugient qui resistebant.
aut ad inferiora se conferent. aut latibulis abscondent. Ita quod
maximo nunc periculo, siti in inferioribus, querimus: sine labore
magno sequetur. ut deiectis hostibus: bellum conficiatur. Vix

finis & effectus orationis Titi ad milites.

sermonem titus clauserat: & sabinus se optulit, ex syrie uiris
egregius bellator. & ante cesarem consistens: ait obedire se im
periis. paratum ascensioni. si euentus sibi adesset: ut cesari place

Sabini militis fortitudo.

ret. Si destitueretur secundis: nihil preter spem sibi accidere: qui
iudicio proprio delegisset pro cesare mori. His dictis leuam exten
dens: clipeum supra caput extulit. & dextra uibrans gladium firma
manu. tantum in arma insurrexit: ut quis eum non recognosce
ret. quem paulo ante exilis corporis specie, despicabilem puta

uerat: subito

v

uerat: ſubito cum uideret pergere in aduerſum: & hoſtibus pariter ac muris minantem ſeſe extendere: quaſi iam celſior in ſubiectos preliaretur: & murum quataret manu. Sequebatur eum uiri undecim, ſtudioſi ad imitandum. ſed impares ad conſequendum. Repugnabant de muro iudei ſpiculis. ſaxis. ſagittis. & quod cuique manus telum inuenerat: in ſabinum deiciebatur. At ille interritus, curſu concito, inſiluit fragmentorum aggerem. & in ſummo locatus, hoſtem auertit: dum primus quiſque formidat periculum. Sed dum ſe librat in murum: actollens & ſecurus uictorie, in hoſtem intendit: lapſus in faciem, cum maximo ſonitu ruit. Quo reuocati iudei: ceperunt iacentem miſſilibus urgere. ille genu nixus, & ſe protegens ſcuto: quamdiu potuit a uulnere defendit. Nec immunem reliquit, quem primum repperit. Ad poſtremum tamen confertus uulneribus, ſpiritum prius quam bellum depoſuit. Nec deiectus gradu, nec muro excuſſus eſt: niſi mortuus. Tribus quoque aliis necatis: octo ſemineces licet a ceteris tamen exitio ſubtracti. nec tamen terrori reliquis mors ſabini, ſed incentiuo fuit. Nam romani uiri, quod pretenderent uigiliarum munere, compenſare cupientes operis effectu: quod ſabini ſtudio preuenti forent. uiginti numero ineunt conſilium magnum & memorabile. ut aduocato quinti ordinis ſignifero: & duobus equetris militie uiris, quos promptiores arbitrabantur: atque uno tubicine: quinta hora noctis ſilentio, per aggeres ſeſe fragmentorum muralium in ſuperiora attollerent. ceſiſque cuſtodibus antonie murum occuparent. Quo peracto: terribilior ſolito ſonitus increpuit tube. ut feſſi labore iudei: & ſompno ſoluti: de impulſo perturbarentur. quod omnia repleta hoſtibus crederent. Alii itaque fugere ceperunt: quam ueri fides pateret. Neque enim periculi fors, tenebro-

Stratogema memorabile: xx militum Romanorum.

ſeq; noctis caligo patiebatur: ut quanti eēēt cognoſcerentur. Et ce
ſar audito fragore tubę/ armari exercitum iubet. ipſe cum electis
primus in murum aſcendit. ſuis auxilio/ hoſtibus impedimento/
Illuxit dies. etiam cęſar conſpicuus e muro ſuos adhortabatur.
Alij manibꝫ in murum eleuabantur. alij per cuniculum quem
iohannes ad ſubuertendos muros romanorum et aggeres de
foderat: in urbem ſe inſerebant. Verſa in pernitiem perfidis ſubſidia
ſua. Excluſi undiq; in templum ſe conferunt. eoq; uolentes ro-
manam irruere: cohibentur anguſtijs. armiſq; repelluntur. fit
in ueſtibulo graue prelium. nec iam ſpiculis/ aut ſagittis/
ſed gladijs res cominuſ geritur. Manuſ ad uulnera/ gladij
ſuper gladium/ ictus ſuper ictum/ percuſſor ceſorum ſanguine
perfundebatur: ut ipſe potius percuſſus eſtimaretur. In ipſo te
plo furor bellicus dominabatur. Natabant pauimenta ſangui
ne: morientium gemituſ/ uiuentium clamores/ ſine ordine
& modo perſonabant. Romanoſ conficiendi certaminiſ ſpes atte
derat. iudeis ſuprema patrię excidia ademerant mortis
formidinem. hij ſumptu glorię uirtutem alebant. illi deſpera
tionem ſalutis omne effundebant uirtutis uiaticum/ nec
reſeruabant. Pulcherrimum quoq; facinus adorſus eſt iulianus
centurio/ uir armis maximus ex bithinia perfectus prouincia.
ſed romanis aſuefactus diſciplinis. belliſq; exercitus. & hono
rate militię clarus ſtipendijs. Qui cum cęſarem propter aſta
ret: ubi auerſos uidit romanos/ quia iudei numero preſta
bant. & adhuc romani pauciores aderant. ſubito de anto
nia ſe precipuit. & inſequentes auertit. nec ſunt auſi re
ſiſtere: ipſa ſpecie precellentiſſimi uiri/ & ſuperba quadam
ultra humanam formam uirtutis auctoritate: ita ut

Iuliani Centurioniſ pulcherrimum facinus

ipse cesar miraretur. O uaria atque incerta uelut quedam bel
lorum alea. que sicut iactu quodam: ita casu potius quam
uirtute, plerumque inopinatis ludist euentibus: suffragians
nouos exitus. Namque et hi iactus sunt non tesserarum quidem.
sed sagittarum, telorumque plurium. lapidum quoque. quibus sepe
uictor sternitur, alieno uulnere. et dum aliena spolia rapit,
ipse despoliatur. uelut hic iulianus, qui tergo imminebat hosti
um; dum alios perimit: et claustro coercet: ipsa alacritate
incautior: confixum clauis calciamentum gerens, usu militari
um uirorum: non considerauit polito lapide solum (i. pauimentum) stratum; quod
cauendum foret. sed qui in campo preliaretur, securus labitur.
et ingentem strage sua sonitum dedit. nec potuit assurgere:
lubrico soli fusus genu. tum se sustinens, regressum hostem
repellebat. ut appropinquantes cederet. iaculantes quantum posset
caueret. Sed ipsa fatigatus atque oppressus multitudine solus
licet: quia nullus tanto sese inserere periculo auderet: non despi
cabilis tamen, neque multus, impigre occubuit. Haud equidem
ut arbitror tali dignus exitu fuit: ut tanta uirtus uiri sic
deciperetur. Sed plurimum in bello prudentia ualet. que cau
ta semper et perspicax, incertorum prudet casus. Solus se de
antonia proripuit. solus in hostilia agmina ruit. solus se ar
mis instruit. solus in templum iudeos redire compulit. Vereor
ne istud offuerit magis, quia de templo fuerant exterminandi
deo infideles. Ideo lapsus non inuenit remedium. Spectabat
titus uincentem cum gaudio. periclitantem tamen ingenti dolore.
Volebat subuenire. sed longe aberat. Reuocabatur a suis. quia in
milite unius sors est: in imperatore uniuersorum periculum.
Docebat (s. Iuliani) exemplum, quid cauendum potius quam sequendum

Apta Similitudo euentus bellorum.

cesari foret. Denique sic consternati fuerunt socii, sic elati adversarii: ut et corpus iuliani in potestatem veniret hostium. qui adhuc defunctum timerent, si romanis restitueretur. Ceteri iuliano celso facili negotio cessere. Nondum enim ascenderant numeri et iudeis occasio necis eius virtutem auxerat. pro promptissimis eo prelio ad repellendos romanos alexa et gyptheo iohannis coniuratis, qui factionis eius propugnatores forent. Ex simonis quoque parte, medio et iacobo idumeorum duce egregiis bellatoribus, et a simone quoque et iuda, tertie factionis viris pariter annitentibus: qui coniuncta manu pulsos romanos intra antoniam clausere. Contra titus non munimento sibi: sed impedimento angustias antonie ratus, iubet dirui munitionem eius funditus. ut congressuris iter in hostem aperiretur. Comperto quod solemnitas iudeis festorum dierum appropinquasset: precepit interpretari iosephum hebreo sermone que ipse alloqueretur, que mali ratio iohanni suaderet ut romanos in excidium templi lacesseret. Si virtutis fiduciam gereret: eligeret alium pugne locum, eo progrederetur, dummodo ubi parceret. templum non contaminaret. sacrificia dierum festorum non impediret. Relinquerat quos idoneos sacrificiorum ministeriis estimavisset. fortitudinis sue documentum ubi vellet preter urbem et templum ederet. congressioni milites cesaris non defuturos. invitum se cogi ad totius urbis eversionem: cuius reliquias servare vellet si pateretur iohannes. Imminere templo faces non quo templum romani festinarent exurere: sed de templo educere belli excitatores. Si victos se crederent: manus darent. Aut si victores futuros se sperarent: non intra claustra se reciperent. sed in campis descenderent, quo templum lambentibus iam incendiis eriperetur. vacaret purificationibus. Ea interpretante

Verba Titi ad iudeos.

ORO.

Iohem et ſediciosos.

iudeis ioſepho, cū ſilentio audita: tacitum uulguſ ꝓbabat. ſed me
tuebat ſententiam ſuam pandere. Quibus reſpondit iohannes. — Nō qr ſb ſpecie boni peſſima facinora patrat.
nullum preſtabilius deo ēē ſacrificium: quā pro aris. pro focis.
ꝓ templo ponere aīām uiroſ dō ſacratoſ. & ideo ſi neceſſe ſit: li
benter ꝓcumbere ꝑ libertate. tn̄ ſperare ſe qđ excidium ꝑpeti
non poſſit ciuitaſ dei. Titus ad hec. Merito ḡ puram dō ſeruatis — Exprobatio Titi ad ſediciosos.
urbem, & ſanctum immaculatum. necando ciueſ. inficiendo
innoxioſ. ꝑimendo ſacerdotes. Talibus flagitijs non placantur
diuina ſed offenduntur. Abdicaſtis deum urm̄ ſacrificiorum
ſuorum cultibꝫ. Si tibi aliquis cibum negaret iohēs: quereres cū.
Deo urō ſue hoſtie nō immolantur. non redduntur ſua munera.
iugulantur hōīēs. & adhuc putas dm̄ auxiliari? Reuera ſic
geſta edocent. ſic teſtificatur ceſorum congeries. & cumuli ua
rum calamitatum. Quiſ hec uidens non ingemiſcat? Nec repre
henderem qđ pugnares pro patria: ſi nollem parcere. ſi nol
lem patriam urām aut templum reſeruare. Neq; enī digna
cartago. aut metuenduſ hebreus. hannibale qui partem me
diam orbis romaniſ ſubegerat. & tn̄ ipā quoq; repata cartago.
que uſq; ad excidium ſui rebelles ciuium animoſ tulit. fide
mea ſalua hec omnia futura tibi ſpondeo. ueniam ꝉ ſalutē
polliceor. nō ꝑ mercede ſceleris: ſed ꝑ redemptione urbis. ut a
te redimam ꝑiturorum culminū ſtatum. Deſinas moneo latro
cinijſ tuiſ conturbare ꝓpoſitum pietatis romane. non for
midabitur ierosolima ut diruatur: qn̄ potior uiribꝫ reſerua
ta eſt antiochia. Certe iechonias ueſter & ꝓphis credidit. & ur — Iechonias.
bem egreſſus, cōmiſit ſe cum ſuis ꝓximis barbarico furori. ne
ꝑ ſe ciuitas euerteretur. Celebratur apud uoſ eiuſ memoria:
ſicut uiri aſſerunt. Adeſt ioſephus, aſſertor eius & teſtis celeb

·i· Ieconiam

tatis, qua honoratis uirum, q̄ pro patria captiuitati se optulit. Seruauit eum & barbarus p̄sa. & ego tibi spondeo impunitatem. Certe & iosephus arma romanis aduersa intulit. Crede p̄misso. cuius & exemplum p̄misimus. Vadem tibi sponsionis nr̄e iosephum damus. immo iam dedimus. quem reseruauimus. loquatur sermone patrio. obliget se ritu quo soletis. Non pudet me uadem querere. fideiussorem dare. ne euersorem exhibeam q̄ uolo parcere. Flere adhęc iosephus. rogare iohēm. deplorare patrię statum. obsecrare sermone flebili. appellare ut ciuem. sed ceteris p̄tinatiorem. testari dei omnipotentis grām saluam fore cum suis. tantūmodo desisteret excitare militem romanum ad urbis euersionem. Quem ubi flectere nequiuit. nō mirum inq̄t iohannes, si p̄seueras usq; ad excidium patrię. cum iam reliquerint eam presidia diuina. Sed mirum q̄d p̄ituram nō credis. cum legeris p̄ph̄icos libros. quib; excidia patrie nob̄ annūtiata sūt. & rep̄ata culmina rursus a romano diruenda exercitu. Quid enim aliud clamat daniel. Non eni q̄d iam factum erat. sed quod post futurum p̄ph̄abat. Quę est abhominatio desolationis, quam uociferatus est uenientib; romanis fore. nisi ista quę nūc eminet. Et est aliud oraculum, q̄d a nīs sepe cōmemoratum est a summo denūtiatum deo. Tunc p̄ituram urbem funditus, cum ciuium manib; contribulis suis fuerit extincte tus. n̄ q̄d nūc impleri uidem. & fortasse q̄a iam desedi templum n̄ placet. interdicto maculatum sanguine, purgari incendio placet. Cōpleuit sermonem iosephus. sed nullis iohēs mouebatur fletibus. nec p̄missis flectitur. Vrgebat d̄s iam dudum p̄fidas mentes. & ex quo se impio parricidio cō maculaverunt. xp̄m ih̄m crucifigentes. Hic est ille cuius mors

Daniel.

XPS · IHS · N̄o · totu ·

·i· xp̄

iudeorum excidium est. natus ex maria. qui ad suos uenit. &
sui eum non receperunt. Quando enim suos non occiderunt iudei. Non
ne filium saul sui occiderunt. Nabuthe propheta a suis lapidatus
est. Iudeus fuit iezabel que iussit. iudei seniores: qui preceptum
executi sunt. Iudeus achab qui causa mortis eius factus est. Quanti
alii a ciuibus ciues perempti. & tamen diu integra ciuitas mansit. &
si diruta a babiloniis post annos innumerabiles: sed reparata
postea. [s. quod eminet] Hoc est supremum excidium: post quod irreparabile tem
plum. quia auerterunt sceleribus suis presulem templi reparatoris
[i. xpm] arbitrum. Tali affatu cesaris, & repetita oratione: inflexa est ali
quorum sententia. qui se subtrahere potuerunt ut ad roma
nos peruenirent. Ceteros reuocauit periculi metus: quia a latro
nibus intendebatur. & forte quedam inclinatio mentium e
rat, ne plures exciperentur future euersioni, quos cesar confu
gientes ad se, quia erant inter eos [s. etiam] & uiri sacerdotales cum filiis
& alii splendidioris familie uiri: suscepit bona gratia pollicens
securitatem salutis. ius possessionum suarum. atque ad urbem
cui nomen gofna direxit: ne quid offensionis oriretur, ritu
dispari. & cultus diuersitate. quod ab hiis qui in urbe positi
repugnabant. seu quia huiusmodi suspitio intesserat. sine ullus
compserat, dolo ne plures dilaberentur: in argumentum est
deriuatum necis: ut extincti obiterentur. Eo comperto, reuoca
tos titus iussit cum iosepho prope muros obire: ut a suis ag
noscerentur. Illi cum lacrimis, gemituque magno, non sua defle [s. ceperunt]
re. sed patrie templique excidia. rogare ciues ut sequerentur
cesaris fidem. Eripere templum parato incendio. nichil sibi
aduersus legem preceptum. nihil de libertate imminutum.
Adquiescerent & ipsi experirentur romanorum clementiam.

[Margin: Saul. Nabuthe Iezabel. Achab.]

[Margin: dicit causas quare titus a gofna reuocauit quos eo salutis gratia miserat.]

quorum inseꝑabilem ūtutem experti sunt. Cum talia misera
biliter deplorarent: ꝑturbantur a suis. bellumq; attenditur. In
siliunt iudei. atq; in ipa irrumpunt temere penetralia. Omnes
recessus, omnia secreta, occupant: quæ macessa uiris erant sacroꝝ
exsortibꝫ. Romam quoq; se prelio parant. temerantur interdicta
patrū, belli necessitate. Maiore tn̄ romanoꝝ: quam suoꝝ reuerē
tia. Gentiles cū formidine templum spectabant. iudei cum furo
re ac temeritate adibant. & madidas manus hūano gerentes san
Titus iterū ad Johem. guine: ipa attrectabant altaria. Titus tn̄ adhuc in ꝓposito manēs:
alloquebatur iohēm. & inuitum se deduci ad excidium urbis ac
templi, contestabatur: dicens ad eum. Quid sibi uolunt iohannes
impressi illi ante fores templi apices elementoꝝ? Nonne significāt
neminem nisi sacratum debere tēplo appinquare? Quid illa septa
ꝓ templo? Nonne ut conspectus arceant liberos uniuersorum. so
lisq; initiatis pateat secretoꝝ cognitio? atq; his sit liber aspectus,
quibus est legitimus ingressus? Ꝓspectus excluditis per ēgnoꝝ:
& accessus cogitis? Scribitis ut nullus ingrediatur aduenā. nul
lus peregrinus introeat. & peregrinum sanguinem intra tēplum
funditis. aduenarumq; simul & ciuium, cruore, urā altaria cu
mulatis. Testificor ego non impressionis nrē ēē sed urē ꝑuaricatio
nis: quod uiolatis que urā sunt. Ego alienus non exigo. immo obtes
discedere. tor, si uelitis dicere, incolume templum futurum. Neminem ro
manorum hostiles irrogaturum manus. nichil de uris temeran
dum esse sacrifitijs. Seruabo templum uobis & si nolitis. Cultus
ē sacrorum diuersus. sed opera cōmunis usus. Quod cultus fuit
a uobis recessit. quod operis est: uictoribꝫ remansit. Ubi nec his
quidam per iosephum insinuatis: reuocari cesar aduertit fac
tionis ꝑncipes: putabant enī diffidentie potius quam pietatis

esse tam frequentem desistendi conuentionem: ad prelij necessitatem inuitus reuertit. iubet adesse romanos. Sed quia tante multitudini angustie impedimento erant: triginta electis uiris singula deputat bellatorum milia. Non enim totum exercitum reciperent tam densa edificiorum obstacula. Ipse quoque descenderet simul uolens: reuocabatur a suis. ne in angusto nocturnis & plerumque temporibus (quibus necesse erat insidiantium fraudi occurrere) periculi aliquid in se excitaret. cum amplius proficeret: si spectator belli adesset. cum unusquisque promptius sibi decernendum arbitraretur, sub oculis cesaris preliaturo. Omnia enim que circa templum gererentur, uelut in theatro quodam ex loco antonie, desuper uisebantur. Inflexus ad eam cesar sententiam, cereali mandat negotium. ut tendentibus circa templum iudeis hora noctis nona superueniret. Ceterosque hortatur studiose ingruere certamini. se quoque dimicantium meritis non defuturum. cum desuper aut ignauia cuiusque testis: aut uirtutis arbiter pugnam examinaret. Cerealis prescripto tempore impigre adest. sed custodes uigilantes reppit. prelium conseritur. Siquidem & intra templum siti non dormiebant. & congredientibus qui excubias obibant: facile se ceteri (vel iudei) ad bellum parant. Conferto agmine: instabant romani. Iudei dum claustris atque angustijs nituntur ne circumuenirentur: percursabant diuisa. ut frequentius sibi a suis esset periculum: dum in tenebris non cognoscerentur. & plerumque transfigerentur a socijs, cum hostes putantur. Quis enim nocte discerneret: socio an hosti occurreret: cum interrogare serum esset. cauere utile. consultum preuenire & tolerabilior culpe exitus errare in alieno uulnere: quam proprium negligere periculum, ubi hostis timetur. Ancipiti itaque per noctem

Titus aggredi templum iubet.

Cerealis.

periculo laborabant iudei. uel quid inferret hostis; uel in quo socius
erraret. Nec minore per diem pernicie afflictabantur. Nocte
plus erat a suis pericli. Per diem romanus uehementior. aderat quippe
totius spectator certaminis titus: ut tacitus urgebat. In horam
quintam pugnatum est acriter. Iudeis quoque strenue bellantibus:
ut neutra pars loco cederet. Dum hec inter se prelia gerunt: sep
tem dierum spatio/ depositis omnibus usque ad fundamenta tur
re que castro cui antonie nomen herodes inmunierat: lati
or facta est uia/ que ad templum ducebat. ut non solum per
cursandi militibus esset facultas: sed etiam munimentis con
stituendis & coacervandis aggeribus: quantum esset necessarium
locorum pateret. quo pulsarentur etiam templi summa fas
tigiorum. Per que romanis intentius inmorantibus cum into
lerabili fame urgerentur iudei: ceperunt non insidiari romanorum
iumentis. si quis bellatorem equum pabulo laxauerat. aut
mulum leuando oneri necessarium rapto auertebant. Nec
solum cibus eis dispendio romanorum: sed etiam milicie flagicio
parabatur. cuius in curie probrum/ in exordio statim prescripto
necis supplicio: cesar remouit. fraudem tamen peruicacium non con
pescuit. Exclusis enim ab huiusmodi rapine necessario esurien
tibus alimento: herbarum subsidia captantes: destruendum
murum quem circa pomerium titus duxerat. excogitauerunt.
ut uagandi & querendi radices arborum: pabulorumque liberi
or fieret excursus. quos ad quendam carceris uicem/ circuitus mu
ri clauserat. nec erat iam quo famem leuarent. Obrepunt i
taque & excursu repentino ad montem oliueti ingruunt preten
dentibus. nec illi commisso defuere muneri. & tube classico/ de
tectis castrorum aut turrium munimentis/ alios arcessunt

ad prelij neceſſitatem. Conſeritur pugna atrior in principio.
dum pudor hos, illos fames urget ſeua imperio neceſſario. Sed
confluentibus romanis: repelluntur iudei atq; ad urbis ſue
muros deflectuntur. Tunc unus e turma equitum, pedanius Pedanij eqtis agilitas.
nomen ei: concito equo, dexteram extendit. & ſe paululum
inclinans: unum de iudeis fugientem ſuſpendit: captiuum
ceſari ferens. Glorioſeq; uictor rapine, uelut lepuſculum aquila,
aut accipiter fulicam, ante pedes ceſaris uiuentem deiecit.
Quo delectatus admodum titus: laudatum eum & honoratum
dimiſit. Iam circumfuſe templum ardebant porticus. ubiq;
luctus. ubiq; mors. foris bellum. intus ſupra bellum & incen
dium. Nec frangebantur animis iudei. Putabant uindicte pi
re quicquid ſine fraude gererent. ut inſolentia. Quam aliter
iam nequibant: laceſſebant romanos ad excidij celeritatem.
Ionathas quidam exiguus corpore, deſpectu dignior iuxta Ionathas.
iohannis ſepulcrum prouocabat romanos: ut ſecum qui uellet
manu decerneret. Alijs deſpicientibus paruitatem hominis:
alijs faſtidientibus cum eo decertare, quem continuo captiuum ha
bituri forent: alijs conſiderantibus periculoſo certamine rem ge
ri cum uiris, qui in extremis ſalutis non aliqua fortitudine, Vna ſalus uictis nullam ſperare ſalutem.
ſed ſola temeritate uindictam quererent: nihilq; laudis fu
turum ſi uinceretur excidio finitimus: & plurimum dedecoris
ſi quis lapſu aliquo communem uictoriam turparet: iactabat ſe inſo
lentiſſimus. & metum obijciebat uictoribus: conuicia ſerens. quod non ſuis
uiribus, ſed alienis auxilijs, romam inniterentur. nec iudeos
bello hoſtium, ſed domeſticis afflictos ſeditionibus. Erat in numero
militum romanorum pudens nomine: qui preſtrictus manibus Pudens.
contumelijs: dum inconſulte pudori conſulit: ſalutem neglexit. atq;

ip̄a indignatione incautior uulneri patuit. fuſuſq; in terram in
cuſſit ſociis uerecundiam. Inſultationis quoq; cauſam ionathe
ſimul & mortis reliquit. Namq; is ſucceſſu letus certaminis: &
pompam attollens triumphi: dum tripudiat atq; exultat: co
cuſſoq; clipeo ſimul & gladio proludit: excitauit in ſua uulnera
priſcus centurio. centurionem priſcum. q̄ ſuperba & tumida iactantem nō tu
lit. atq; in tantum uictoria ꝑpenetrauit ictu ſagitte. ſuo ſtra
nō tus ionathes, docuit in p̄lio neminem irrationabiliter inſul
tare oportere. ubi uictoris & uicti conditio incerta, donec bellū
claudatur. At in urbe interiore cū hoſtem intra muros tenerēt
altiſſimis eminentem aggeribus: uniuerſiſq; eminentem mem
bris & tanq̄ uulnus in corpore: ita ꝑiculum introrſum pergereſ
formidarent: intercidunt porticum ſeptentrionalem. ex ea p̄te
q̄ adherebat antonie. ne per ipſam hoſtis in templi ſuperiora aſ
cenderet. uel in inferioribꝫ ſitos ſuperior urgeret. & proxima que
q; demetunt. ne populantibꝫ incendiis templo finitima: etiam
templum ip̄m ignis depaſceretur. atq; interciſa igni ꝯcurrunt. Ita
Salomonis porticus. q̄ ab hoſte metuebant: priores ceperunt. Salomonis quoq; porti
cum, ad fraudem pararunt. ut culminum interiora replerent
piſce ac bitumine: que intra fornicem ſummi laterent faſtigii.
ſimulatoq; q̄d eam uellent defendere: & frequenter hoſtem in
ceſſerent: ſollicitant romanos. atq; in ſeſe excitant. Illi admoniti [es]
ſcalis, ſumma [.i. ſummitatem] porticus petunt. Iudei loco paulatim cedere [.i. bant], quo plu
res romani aſcenderent. hi [romani] certatim irrepere [.i. bant]. tū prudentiores ſuſ
pecti dolum cauere [.i. bant]. Sed uulgus intentum uictorie ꝑfeſtinare [.i. bat].
Ubi res fraudi calere uiſa [.ſ. eſt]: plurimis q̄ſi inter tecta locatis, ad
mouetur ignis fornicibus interioribꝫ. atq; adultus pice & bi
tumine: & ceteris incendii nutrimentis: in totam diffunditur

v

porticum. Circumuallant flamme uictores romanos. ut nec re
sistendi facultas suppeteret. nec fugiendi copia. Quid facerent:
nō repperiebant. Spectabat titus suos periclitantes indignans qui
dem. qđ iniussu ascenderant. sed miserans, quod uictores peri
rent. Plerique se precipitio dabant. Sed ubi incendium euaserat:
fractis cruribus, collisi corpore, moriebantur. Miserius erat: si
debiles superuiuerent. Volebat subuenire cesar: nec poterat.
Hortabatur tamen proximos. clamabat ut auxilio suis essent.
has uoces, hunc dolorem cesaris, pro suppremo illi habebant so
latio. hoc erat morituris uiaticum. hoc se uelut sullimi so
lantes sepulcro: ad mortem festinabant. quod in uisceribus ce
saris recordarentur. Nec uita eorum periret quorum uiueret nō
gloria. qui morerentur pro cesare. relinquentes sui hereditа
tem triumphum. Itaque alii circumueniebantur ignibus. alii pre
ueniebantur. nec longe hostis, (i. ferat) qui flammas fugientem feri
ret. Longus tamen uir egregie uirtutis, cum prouocaretur a iu Longus quidam miles.
deis ut sese his committeret. promissa salutis securitate: ma
luit se transfigere gladio, quam maculare probro romane indolis
fortitudinem. Artorius autem, satis astute uoce magna clama Arcorius.
uit lucium: dicens heres meus eris: si me decidentem exceperis.
At ille miserandus occurrit ruenti. atque in se morituri necem
transfudit. Vere bellicum testamentum, non atramento scrip
tum: sed sanguine. nec in carta sed in mutione. quod heredem
premisit. Magnum plane ingenium. ut inueniret uoluntarium
mortis uicarium. Incensa est itaque porticus, usque ad turrem,
quam iohannes, cum bellum aduersus simonem gereret: coe
dificauerat super portas regie domus. quem ezechias sibi Ezechias.
rex ad habitandum condidit. reliquam eius partem ipsi di

ruerunt iudei. Sequenti quoque die a romaniſ exuſta eſt omniſ porticus ſeptentrionalis, uſque ad porticum orientalem. Nam tum ſuiſ ipſi [Iudei] manus mitterent edificiis: docuerunt romanos alienis non parcere. Nuda erat iam templi facies. & ſeua hominum fameſ inſidiabantur ſibi inuicem. quiſ cui raperet cibum. Ubi alimenti ſuſpitio: ibi bellum. Inter domeſticoſ pugnabatur. pro

Iudeorum intollerabilis fameſ.

cibo necabantur. karissimi diſcutiebantur defuncti, nequiſ intra amictuſ eorum cibuſ lateret. Simulare aliqui mortuoſ eſtimabantur. ne uiuenteſ habere aliquid alimenti ſuſpectarentur. Sed ne uiuenteſ quidem, aut uite fungi munere: aut mortem ſimulare poterant. uerum apto ore, ſicut rabidi caneſ aurarum captanteſ ſpiramina: huc atque illuc circumferebantur inopia duce. Sepe etiam quaſi ebrii, in eadem domicilia regrediebantur. ut iterum que uacua reliquerant: perſcrutarentur. & cum alia famiſ ſolatia non repperirent: detrahebant coria ſcutis: ut cibo eſſent ſibi, que preſidio non eſſent. Mandebant calciamentum. nec pudor erat ſolutum [ſ. calciamentum] pedibus ore ſuſcipere & lingua lambere. Vetuſte quoque palee que olim proiecte fuerant: non mediocri ſtudio requirebantur. & ſi quiſ repperant grandi pretio mutuabat. Quid adoriar dicere factum marie: quod cuiuſuiſ barbari atque impii menſ perhorreſcat? Ea erat de locupletibus feminis regioniſ peree: que trans iordanen iacet. Belli terrore oborto: cum ceteris ſe in ieroſolimitanam urbem contulerat: quo eſſet tutior. Eo quoque ſuas deuexerat opes: quas principes factionum certatim inuaſere. Alimentorum etiam ſi quid pretio queſiuerat: de manibus eruebatur. Exagitabatur a perfidis. dira imprecabatur. uolebat mori: ſed percuſſorem non inueniebat. Malebant inſultare diutius. affligere grauius: quam

Maria inclyti generis mulier famiſ neceſſitate compulſa infantem filium occidit ut manducaret. Ut poſſit ſcribi: Seua fameſ docuit natorum ſanguine matrem Commaculare manuſ.

cito perdere. Putabant quã diu uiuerẽt predam fore. Defece-
rant iam oĩa. & delitijs aſſueta: aſperiora palearum ut co-
rioꝝ dura nõ emolliebat. Seua fames intimis ſe infundit me-
dullis. exaſpauit humores. mentem exagitauit. Habebat mu-
lier infantulum quem genuerat. Vagitu eiꝰ excitata que ſe &
paruulum cõmaterari uideret. tantis uicta inmanitatibꝫ:
atq; impar tam atroci calamitati: affectum amiſit. & pie-
tatis genitalis uſu obliterato: dolorem abſorbuit. furorem
aſſumpſit. Conuerſa itaq; ad paruulum: iam matrem obli-
ta. & furens animi: ſic ait. Quid tibi faciam paruule? quid
faciam tibi? Seua te circumſtant oĩa. bellum. fames. incen-
dia. latrones. ruine. cui te tantillum moritura credam? aut
cui te tantillum relinquam? Speraueram qđ ſi adoleuiſſes me
paſceres matrem. aut ſepelires defunctam. Certe ſi preuenires
obitu. qđ ego te p̃cioſo tumulo meis manibꝫ includerem. Quid
agam miſera. Viuendi tibi ac m̃ nullum uideo ſubſidium. Oĩa
p̃. ſ. uideo
erepta nobis. cui te reſeruabo? Aut terre quo condam ſepulcro?
ne tamen alitibus. uel feris. preda ſis. Omnia inquã erepta nob.
Potes tñ dulcis meus & ſic matrem paſcere. donec ad cibum
manus tue. O ſuauia michi uiſcera. artus iocundi. priuſquam
uos penitus cõſumat fames: reddite matri quod accepiſtis. Re-
dite in illud naturale ſecretum: in quo domicilio ſuſpiſtis
ſpiritum. in eo tibi tumulus defuncto paratur. Ipã cõplec-
tar quem genui. ipã exoſculabor. & quod impatientia amoris
habet: habeat ius neceſſitatis. ut ipã deuorem meos artus, nõ
ſimulatis, ſed impreſſis morſibus. Ergo eſto cibus m̃. furor
latronibꝫ. & uite fabula: que ſola deeſt nr̃is calamitatibus.
Quid faceres fili, ſi & tu filium haberes? Fecimus qđ pietatis

Eiulatus matris p̃ p̃uulo filio quẽ mox erat comeſtura.

pulchra. exclamatio

fuit. faciamuſ qđ ſuadet fameſ. Tua tñ cauſa melior & quedā
pietatiſ ſpecieſ. quia tolerabiliuſ eſt qđ matri dederiſ cibum uiſ
ceribꝰ tuiſ: quam qđ te mater aut occidere poteſt. aut deuorare.
Hec dicenſ auerſo uultu gladium dimerſit & infruſtra filium
ſecanſ, igni impoſuit. partem comedit. ꝑtem opuit. ne quiſ ſuꝑ
ueniret. ſed nidor incenſi ꝑuenit ad principes ſeditioniſ. Conti
nuoq; odorem ſecuti, introierunt mulieris hoſpicium minantes
necem qđ auſa eſſet ipſis ieiunantibꝫ edere. atq; exortes coſ facere
cibi quem reppiſſet. At illa. Partem inquid ūram uob ſeruaui.
non fui auara. nec inhumana. Nolite indignari. habetis qđ &
uoſ edatiſ. de meiſ uobiſ uiſceribuſ cibum paraui. Conſidite o
ciuiſ. menſam apponam. Mirari habetis miniſterium meum. iu
dicare qđ talem nullus inueneritis mulieris affectum. que
uoſ nec dulciſ filij fraudaret grā. Simul dicenſ redoꝑuit ambuſ
ta membra. & epulanda optulit: cum adhortatione huiꝰmodi
ſermoniſ. hoc eſt prandium meum. hec ūra portio. Videte dili
gentiuſ ne uoſ fraudauerim. Ecce pueri manuſ una. ecce pes
eiuſ. ecce dimidium reliqui corporis. & ne alienum putetis:
filius meuſ eſt. ne alteriuſ opuſ arbitremini: ego feci. ego dilig̃
ter diuiſi m̄, qđ manducarem. uobis, qđ reſeruarem. Numquā
m̄ dulcior fuiſti fili. tibi debeo qđ adhuc uiuo. Tua ſuauitas
animam tenuit meam. & ꝓduxit matri miſere diem mortiſ. Sb
uenſti infame. tu munuſ ſupremum ſenecte. tu percuſſor
repreſſor. Venerunt necaturi. ꝯuiue facti ſunt. habebunt &
ipſi qđ tibi debeant: cum epulas meas ſumpſerunt. Sed quid
refertis gradum? Quid horreſcitis aīo? Cur non epulamini
qđ mater feci? Poſſunt & uoſ delectare, que matrem ꝯſatura
runt. Non eſurio iam. Poſtquam me filius meuſ pauit, habūde

ꝯſaturata

v

exſatiata ſum. famē neſcio. Guſtate & uidete q̄a ſuauis ē filiuſ meuſ. nolite fieri molliores matre. infirmioreſ muliere. Aut ſi uoſ in meo uulnere miſericordes/ & non ſuſcipitis hoſtiā meam: atq; aduerſamini holocauſtum meum: ego cōſumabo ſacrificium meum. manducabo qđ reliquum eſt. Videte ne nobis oppbrio ſit: qđ fortior nobis mulier repta ſit. quę aſſumeret epulas uirorum. Ego q̄dem tales parauí epulas. ſed uoſ ſic epulare matrem feciſtis. & me tenebat paſſio. ſed uicit neceſſitas. Repleuit continuo totam urbem tanti ſceleriſ nefas. & unuſquiſq; tanq̄ ante oculos poſitum parricidalis cōuiuij miniſterium perhorreſcebat. Ceperunt & ipſi incētoreſ ſeditioniſ examinare poſt hec quoſ raperent cibos. ne ſiteſ eſcas inuenirent. & uelut imprudentes ſumerent. Ceperunt uniuerſi timere ne diu uiuerent. & mori uellent. Peruenit etiā ad romanoſ huiꝰ facti immanitaſ. Nam pleriq; hoc horrore pterriti: ad hoſtem fugerunt. Quo cōpto, ceſar execratuſ infelicis terre contagium: manuſ ad celum eleuanſ: talia ptestabatur. Ad bellum quidem uenimꝰ. ſed non cū hominibꝫ dimicamꝰ. Aduerſuſ omnem rabiem beluarum ac ferarum. quid ſenſibilia loquar? Aduerſuſ omnē rupiū immanitatem decernimꝰ. Diligunt fere foetuſ ſuoſ, quoſ etiam infame nutriunt. & quę alienis corporibꝫ paſcuntur: a cōſimilium ferarū abſtinent cadaueribꝫ. hoc ultra omnem acerbitatem eſt. ut membra quę genuit mater uoraret. Mundus ego (ſ. ſum) ab hoc contagio. Tibi me abſoluo quecumq; in celo poteſtas es. Sciſcis pfecto q̄a intimo affectu pacem frequenter optuli. & qđ non pudet dicere: uictor rogaui. q̄a parcere ipſis etiā tantorum pdigiorum auctoribꝫ uolui. parcere ppło urbe

Verba Titi ꝯquerentiſ de īmanitate iudeoꝝ.

ſeruare. Sed quid facerem ꝑugnantibꝫ? Quid facerem aduer-
ſum ſuos furentibus? poſitis plerumque armis, quia illi a ſuorum
cedibꝫ nõ deſinebant: in bellum reuerti. ut liberarem obſeſſos:
nõ perderem. Ipſi nos de muris hortati ſepe ſunt dimicare:
ne grauius a ſuis ꝑirent. Quales ſunt ciues: quibꝫ hoſtis re-
medio eſt? Audieram equidem intollerabilem huius eſſe populi (Iudaici) fero-
citatem. qui incredibilibꝫ ſe opinionibꝫ in omnem excitat in-

Jactantie Judeorum.

ſolentiam. De celo ſe genus ducere. ibi primum induiſſe cor-
poris formam. Celi fuiſſe incolas, deſcendiſſe ad cultus terra-
rum. De terris ad celum redire. tranſiſſe per maria ſicco pede:
fugiſſe ante ſe fluctus maris. conuerſa iordanis fluenta, in ſuum
fontem recurriſſe. Stetiſſe ſolem, ut hi hoſtes ſuos uincerent:
ne nox impediret. raptos in celum igneis curribꝫ ſuos. prelia-
tas pro ſe celi poteſtates. & abſentibꝫ his: uniuerſas hoſtium fu-
ſas copias. dormientibꝫ partam uictoriam. Hec comperam. ſed
putabam quod diuina circa ſe iactarent beneficia. nõ uſque-
quaque audaciam extenderent: ut ſe nec a romanis uinci poſ-

Item de iactationibus Judeorum.

ſe arbitrarentur. Agnoſco itaque cum his nobis eſſe prelium, qui
ſe inſuperabiles credant. cum ſe iactitent diluuii ſuperſtites. heredes
fulminum. terrarum hoſpites. uiatores equoreos. aſcenſiores e-
thereos. quibus unda murus eſt. aer uia. celum habitatio. flam-
me cedunt. nec uincula tenent. ſitientibꝫ petra ſoluitur. ac ſe-
ſe fundit in potus. eſurientibus celum aperitur. cibus mittitur.
carne uolatilium caſtra implentur & panem angelorum man-
ducat homo. Stringuntur liquantia. amara dulceſcunt. ſol
ſtatuitur. tenebre illuminantur. Poſtremo quid amplius poteſt
eſſe quando his deeſſe audacia poteſt? qui ut aiunt mortui uiuunt.
& ſepulti reſuſcitantur. Aduerſus diuina quoque conſpiraſſe

hos homines: opinio frequens et pena inditio est. Ardent hodie quoque terre propter incolarum impietatem. plerosque etiam ex istis hiatus soli obsorbuit. Quam diu igitur in his locis moramur, ubi et [ł etiam] terrarum ruina est? Vidimus et mare mortuum: uidimus etiam mortua terrarum nascentia. humum aridam. uirentium fructuum umbras inanes. foris gratiam intus fauillam. Quis dubitare potest quod apud inferos uersemur. apud quos etiam elementa moriuntur? Ipsa quin etiam que post mortem uiuere solet: apud hos nature pietas mortua et superstes defunctis religio. Quis est parentes non etiam mortuos diligat? Quis etiam amissos filios non amet et loco pignorum teneat? Manet affectus et si pignus obierit. perseuerat nomen nature. gratia non intercidit. Apud hos uero nec uiuentem mater recognoscit filium. nec appellantem audit. nec uagientem miseretur. et propter unius hore execrabilem cibum parricidales inicit pig[i. filio]nori manus. Sed quid quasi nouum arguo: cum a parricidio fraterno generis sui numerent exordia: cum ipsius abrahe quem appellant patrem: et discipline auctorem: ac sui principem cultus: in eo maxime fidem predicent. quod nec filio parcendum putauerit. cumque sicut hostiam aris admoueret. atque holocaustum offerre non dubitauerit? Non condempno deuotionem: sed quero pietatem. Alium quoque ex suis nouisse aiunt uictorem. ut quicquid primum sibi occurrisset domum reuertenti immolaret deo suo. et cum rediret: occurrisse filiam. atque illum iniecisse filie manus. multaque alia huiusmodi exempla. Qualis ista gens, que religioni tribuat hominis necem et sacrificium putet esse parricidium. Quis deus hoc possit exigere aut qualis sacerdos qui hoc possit deferre? Denique ueterem illum qui

propter chaym fratris abel interfectorem.

Habraam.

i. est

prudentiorem non fecisse aiunt: sed uoluisse istum qui consultiorem
perseuerasse. Habent suos ritus duri tamen homines, apud quos discipli
na est filios occidere. Infelix ciuitas, in qua talis officina: tale miste
x rium est. Operiant eam sue ruine. atque abscondant mundi ipsius
contagione ne sol uideat. ne stellarum globus spectet. ne maculentur
aurarum spiramina. purgatorius quoque ille exurat ignis. thiestras
dapes fabulas putabamus. flagitium uidemus. ueritatem termi
nus atrociorem tragediis. ibi est firmior sexus: et partus alienus. hic
mulier cui partus proprius fuerit cibus. Ibi aliena fraus. hic propria
uoluntas. Ille doluit. hec insultauit. Digna talibus uiris esca, qui per
tinaciter bellando, mulieres suas ad tale perduxerunt conuiuium.
Equidem eos tantis malorum afflictos atrocitatibus: iam furere ar
bitror. mentisque impotes factos: qui hec non sentiant. Quare ma
turius bellum conficiamus: quia emendari non queunt. Ingruamus
instantius: ut fugiamus regionum istarum morientes aquas. ter
Titus arietibus templum quatit. ras ruentes. His dictis admoueri templo arietes iubet. Sed nihil
ualidi ictus proficiebant. Plerique tamen territi de ipsis seditionum prin
cipibus, confugere ad cesarem. Quos titus tamquam necessitate con
pulsos: non quasi promissum secutos: dubitauit suscipere. sed fides
temperauit iracundiam. non eo loci tamen habuit: quo perfugas superiores.
Intentiusque urgere suos cepit: ut uniuersi hostium discederent, per
culsi metu. Sed ubi parietes inoffensos abiectu arietum, mole sua
uiderunt manere: aluerunt audaciam. ingenio tamen cesar proueniens
Ianue templi argentee succenduntur. ianuas argento opertas succendi iussit. Quibus igne admoto: argen
tum defluere cepit. Deinde paulatim etiam lignum [cepit] ardere. sic in
porticum interiorem aditus patescere. Sed miseratus cesar, ne fini
timis interioris uestibuli porticibus comprehensis, templum exu
reretur: ad consilium uocauit duces exercitus. dicens non tam

inſenſibilibuſ ſibi certamen ēē. nec bellum cum edificijs. que uicto
ribus profic[er]ent: ſi inexuſta reſeruarentur. Duces non aſſerebant.
ualiditatem parietum & munitionem templi, iudeis in reliquū
quoq; incentiua futura. quibuſ eſſet grata inſolentia. Radices re
bellionıſ eruendas funditus: ne iterum temeritaſ recrudeſceret.
Diſtulit tn̄ ceſar conſilij tractatum inpoſterum diem. Ve[ru]m iudei
ſe infundendos putarunt. ſed romani conſertis clipeis, q[uam]uiſ pau
ciores, impetum primum ſuſtinuere. Nutabat tn̄ acies, cōcur
ſu innumerabilis multitudinıſ. Unde ceſar cum equitibȝ pro
pere affuit: p[ro]terenſ facile quoſ reppiſſet. atq; hoſtile agmen
reflexit. Eo fretus: quia iam pateret ueſtibulorum portio: ma
iore ſuorum manu ſequenti die diſpoſuit inhoſtem irrumpere.
templum ſuccendere. Q[uo]d factum, eripuiſſet urbem incendio: niſi
leua menſ p[o]p[u]li, flammaſ inſe hoſtium p[ro]uocauiſſet. Iubet [enim] ceſar
reſtingui ignium globos: ne irrupturis impedimento forent. Q[uo]d
uidentes iudei: dum inſidiantur uolentibȝ incendia templi reſti
x guere: cęſis aliquibȝ hoſtem aſcenderunt. Unus de romanıſ ſe ī
uſtam nactuſ materiem, que de faſtigio deciderat: adulto igne
porte admouit, que aurea nuncupabatur. q[uo]d auro ueſtitas ha Aurea porta templi
beret fores. liquefactus ilico flammıſ auri rigor, lignū nudau[it]. exuritur.
q[uo]d uelut intecto latere patuit incendio. Exuſtis itaq; ualuıſ, in in
teriora ſe templi penetralia inſeruit ignıſ. Iamq; porte eiuſ ueſti
bula lucebant. Turbati omneſ qui ſe templi munimine defenſa
bant: trepidare (.ſ. cepunt) ilico. & quedam iam inclinatio mentium erat,
illum diem eſſe (.ſ. extremum) templo. q[uo]d ip[s]o die quondam babilonijs ingruē
tibuſ, fuerat incenſum. qui erat decimuſ dies loi menſis: quem
iam dudum inter funeſtos annumerabant. In ſuperiora quoq;
ſe aurarum ſpiramine, ignıſ attollens: uictoribus letitiam,

uictis tanta labe dignum dolorem infudit. Clamor quoque
exortus uniuersorum. Nec multo post nuntius hostilis excidii
manifestum titum reddidit. Qui se proripiens quanta poterat uoce
restingui ignes iubebat. sed neque per tumultum audiendi fa
cultas erat. neque parendi uoluntas: cum romani milites uin
dicte studio feruerent. Notaque pietas cesaris, inobedientie
metum suis demeret. nulli fraudi suis futurum: cum etiam
hostibus ignosceretur. Nutu tamen & manu titus reuocabat quos po
terat. mandabat aliquibus ut inhiberent impetus militum. Sed
ira duce adolebant incendium. hostem urgebant. desperatione
salutis, iam sui perdigum, & totum se expendentem periculis: Vulgus
maxime ignobile feriebatur, ubi cumque occurrerat. quia nullis mu
nitum armis, nec repellendo uulneri, nec retorquendo idoneum
erat. Fatigatus itaque clamoribus cesar: gradum retulit. flamma
adhuc conclauia templi depascebatur. Quibus deustis: in ipsam
edem se furens intulit. Qua specie plerique exanimati, alii se in
ipsos mersere ignes. quorum oculi ferre non poterant, ut sup
stites templo reseruarentur. Rursus cucurrit titus: cupiens
cuiusmodi edes esset circumspectare. Cuius gratia motus: precellentio
De mirabili edificio et structura templi.
rem fuisse templorum suorum operibus fatebatur. Mirabatur
saxorum magnitudinem. metalli nitorem. uenustatem operis.
gratiam pulcritudinis. Nec inmerito tantam fuisse celebrita
tem loci pronuntiabat: ut eo ex locis omnibus conueniretur. quia
tantum non nisi dei summi crederetur esse domicilium. Ad
iungebat honos fidem religionis. quo etiam barbarorum gentes
templum illud uenerabantur. & inferebant munera predo
nes religionum. Que tamen tunc diripiebant sui: & disperdebant la
trones. irruentes in omnia que deposita uiduarum fuerant

v

uel pupillorum. tamquam de uictoribus uindicarentur: si quid ex preda romanis minueretur. Templum quoque ardere conspicientes: ipsi (iudei) incendebant cetera. ne quod (s. aliquod) excidio templi superstes esset edificium religioni deputantes: si omnia cum templo perirent. Nec adhuc tamen iudei perfidiam deponebant. que causa maioris exitii fuit. Nam cum animi multorum inflecterentur: ut se facto agmine romanis traderent: pseudo propheta quidam iactare cepit in excessu mentis sue, templo suo diuina dei presidia non defutura. uocare (s. cepit) ad se populum. uelut quodam oraculo adhuc se in templo suo manere. ilico repulsurum hostium cuneos. flammarum incendia. Sic miseri dum infideliter falsis circumuentionibus credunt: dedecorati sunt atque multi, sicut pecora trucidabantur. Qui si uoluissent credere, euidentia imminentis excidii signa habebant. quibus uelut claris notibus admonebantur finem sibi adfore. Nam per annum ferme super templum ipsum, cometes arsit: gladii quadam pendentis similitudine. denuntians ferro et igni, gentis et regni, urbisque ipsius uastitatem futuram. Quid est similitudo gladii nisi bellum? Quid ignis nisi incendium denuntiaret? Visus est autem priusquam populus a romanis sese dissociaret. Ipsis autem pasche diebus xandici mensis octaua die, et per singulas noctes hora circiter nona: templum et ara eius ita lumine refulgebat, quasi dies esset. per dimidium ferme hore cotidie manens. Quod uulgus interpretabatur, cumulande gentis indicium uideri. Eoque impulsi sunt: tamquam tempus adforet libertatis recipiende. Prudentiores contra opinabantur. quod id genus stelle bellum soleat denuntiare. Hec quisquam arbitretur aliena nos a cultu nostro et disciplina locutos. Primum quia non quid nobis uideatur astruimus. sed quid acciderit. que ue opiniones eius temporis fuerint. quid

Pseudo propheta quidam.

Nota. De signis precedentibus excidium therosol. et templi.

Cometes

prudentes senserint. quid imprudentes. Neque enim de secta
iudeorum aliquid dictum est. ita scriptum uidetur a nobis:
qui in ueritate cultus eorum. non qui in umbra, & figura per-
missos contexeremus: ut sequerentur perfectiora. Nam de sig-
nis stellarum, etiam in euangelio docemur, quia erunt signa in
prodigium partus uitule
sole & luna & stellis. Vitule quoque partu asseruerunt cum
immolanda astaret altaribus: in medio templi agnum edi-
tum: in ipsis sacrorum que supra memorauimus celebrita-
Miraculum.
tibus. Orientalem quoque portam interiorem, solido ere grauem:
que soleret ad uesperam uiginti uirorum multo claudi la-
bore: obseratam uectibus ferreis: per aliquot noctes, sponte
reseratam. & uix postea a custodibus clausam. Id quoque
arbitrabantur plerique futurorum signum bonorum: quibus ingres-
suris porta aperiretur. Consultiores autem aiebant, custodiam
templi resolutam uideri. ut quecumque intus forent: ab
hostibus diriperentur. exiret cultus. introiret uastitas. euacua-
retur celebritas. sacrificium destrueretur. Sed etiam ante
XPS IHS.
quam crucifigerent christum ihesum: liquido significatum lectio
docet. Post multos quoque dies figura quedam apparuit inesti-
mabilis magnitudinis: quam plurimi circumspexere sicut
libri iudeorum manifestarunt. & ante solis occasum subito
Currus & acies armate uise in nubibus
uisi in nubibus currus & acies armate. quibus totius iudee
regionisque eius urbes incursarentur. In ipsa autem pentecostes
solempnitate, ingredientes sacerdotes in templi interiora,
nocturno tempore. ut sacrificia assueta celebrarent: primo
motum quendam sensisse se prodiderunt. & sonitum editum.
Transeamus hinc
Postea etiam audisse repentina uoce clamatum. transeamus
hinc. Ihesus quoque anani filius, rusticola uir, ante quatuor annos

quam bellum iudeorum ppls adoriretur: in ſumma pace urb
& abundantia, cum ſcenophegie ſacrificiis ſolempnib; celebraret:
templum aſcendens cepit clamare. Vox ab oriente. vox ab
occidente. vox a qtuor pinnis. uox ſuper ierosolimam & ſup
templum. vox ſup ſponſos & ſponſas. uox ſup omnem ppl̄m.
hoc noctibus & dieb; uociferabatur. Quo moti primores loci, cō
ripuerunt eum. terribile uocis eius inditium phorreſcentes &
plurimis eum ſuppliciis afficere quo ſaltem afflictus dolore:
deſineret terribilia, & plena pdigii denūtiare. At ille, nec metu
ullo, nec uerberibus, aut grauiorib; interminationib; territus:
uſum aut uocem mutauit. eadem denūtiationis pſeuerancia,
contexione ſermonum, nulla obſecrationis interpolatione, in
hiſdem manebat: iniurie negligens: affectu immobilis. Quod
neqq pfunctorum rati: ſed in exceſſu mentis ut erat, expimi
detulerunt ad loci iudicem, qui tunc temporis a romanis p
id locorum publica agitabat negocia. Is rimande ueritatis gr̄a
ſeuiſſimis eum penis exulcerauit. Quo magis pſeueraret: eo
uehementius corripi flagellis hominem iubens. ut ſi q̄ ſecretio
ra futuri tumultus inditia comperiſſet: manifeſtaret. At ille
neq; fleuit. neq; rogauit. ſed ad ſingula uerbera, non ſuum ſed
patrie excidium flebiliter deplorabat. dicens, Ve ieroſolimis.
Neq; interrogatus quis eſſet: ut unde, ut cur eadem diceret: reſpō
ſum reddidit. ſed tantūmodo lamentationem illam patrie,
queſtu miſerabili pſequebatur. Defeſſus itaq; albinus: hoc ē
nomen uiro: dimiſit eum tanquam dementi furore q̄d diceret
nō ſentientem. At ille neq; ſermonem ullum cum quoquam ha
bebat. neq; aliud loqui per reliquum tempus auditus eſt.
ſed hoc tanquam lugubre atq; funereum canticum canens: diebus

& noctibus iugiter resultabat, ue ierosolimis. Neque uerberanti
conuitiabatur. neque cibum impartienti gratias agebat. Vna erat ad
omnes eademque plena funebris ululatus responsio. & maxime
sacrificiorum celebritatibus. Per septem itaque annos, & quinque menses, ea
dem uerborum series. idem uocis sonus mansit. Itaque indefessus
tanto tempore, ubi obsidio cepit: eadem illa uociferari destitit. quasi cessare
oporteret denuntiari, cum adesset que fuerant denuntiata. Sed ubi
flamma cepit urbem pariter & templum inuoluere: circuiens muros
clamare iterum cepit. Ve ciuitati & populo & templo. Et ad postremum
addidit, ue etiam mihi & fundibalo ictus: in eadem uoce amisit
spiritum. Vrbem quoque ipsam cum templo, uetustis etiam litteris
scriptum erat: capituram: cum tetragonum templo factum fuisset. I
taque siue obliti: siue stupefacti, ingruentium malorum necessitate:
ubi occupata est antonia, tetragonum circuitu templi fecerunt. Inter
[Nota] que illud precellentissimum [s. fuit] quod in litteris eque uetustis, quas
sacras uocabant: manebat impressum, quod secundum illud tem
pus futurus esset uir: qui de regione eorum imperium assumeret
in orbem terrarum. Que res eos in tanto furore posuit: ut sibi non
solum libertatem, sed etiam regnum pollicerentur. id alii ad ues
[IHS] pasianum referendum putarunt. prudentiores ad dominum Iesum
qui eorum [.i. iudeorum] interitus, secundum carnem genitus ex Maria: regnum
suum per uniuersa terrarum diffudit spatia. Tantis itaque rebus
monentibus: non potuerunt cauere, quod diuinitus decernebatur.
fugientibus itaque auctoribus seditionum, cum templum exureretur:
romani signa posuerunt intra circuitum templi ipsius. & contra
portam orientalem sacrificauerunt. imperatorem titum summis
predicantes uocibus. Interea puer quidam eo loci ubi etiam sacer
[puer quidam · No ·] dotes erant, quos & inopia aque & estus finitimi incendii consuma

terabat siti. rogauit unū de custodibꝫ romanis dexteram sibi dare potum offerre. Porrexit ilico etatem pariter miseratus ac necessitatem. Bibit puerulus. & quia sedulo innoxie creditum fuerat etati: rapuit aque uas. & cursu sese proripuit: ut etiam sacerdotibus bibendi copiam ministraret. Voluit sequi miles sed non potuit cōprehendere. ille periculo suo: sacerdotū sitim leuauit. Bona fraus que neminem lederet. subueniret necessitati. Denique miles ipse/ miratus est magis affectum pueri/ quam dolum detestatus. quod in illa etate/ atque excidio totius urbis/ & communi periculo/ quid deberetur reuerentie sacerdotibꝫ/ quo potuit ministerio non inexpressum reliquit. Nec multo post sacerdotes confecti fame & siti: uitam rogarunt. Quos titus iussit occidi. degeneres animi esse respondens: ut templo & muneri superent superuiuere. Iohanne aūt & simone & ceteris principibus seditionum rogantibus/ ut paulisper cessare iacula telorum & strepitū iuberet: dicendique sibi potestatem daret: ab indulgentia non abhorreret: facto silentio ita responsum edidit. Serum necessissimi tempus ad misericordiam (s. est): cui iam quod reseruetur nichil relictum sit. Offerebam uobis & despexistis. & diffidentiam putastis non indulgentiam. At ego innoxia edificia uestro scelere perire ingemiscebam. uulgus ignobile cogi ad mortem dolebam. Parcere uolebam: uos non sinebatis. Suspendebam prelia: uos irruebatis. Pacem offerebam: uos non recepistis. Alloquebar frequenter. crebro conueniebam. non pudet dicere: insolentiores uos feci rogando. Quid/ putabatis quod acies uobis romane cederent? & multitudine circumueniretis uictorem omnium terrarum exercitum? Ignota portio urbis pugnauit. quia uniuersum nec regio uestra sustinere poterat. nec sinebat necessitas.

bona fraus.

Responsio titi ad seditiosos indulgentiam rogantes.

s. est — i. amplianda

Maior est cura nobis tuendi orbis: quam propagandi. Quo exeamus
nihil est nouum. nihil alienum, quibus omnis terra possessio est.
Latrocinium hoc qui nouum in corpore, diu dissimulandum puta
uimus? Aliquando commoti auferendum putauimus, ne fulgorem impe
rii romani, uestra inobedientia, ut quedam interpolaret caligo.
Sensistis romanam uirtutem: non bellando, sed moriendo. Neque
enim in campo uestra uidimus agmina. sed in muro: cum uobis nec
claustra prodessent ad tutamentum salutis. Quis enim murus
resisteret quibus oceanus non restitit? Aut que ciuitas, nostre ob
sidioni inexpugnabilis foret, septa presidio murorum: cum brit
i. freti
tannias quoque romana arma penetrauerunt: muro frementis circum
uallatas elementi? Substratus est nobis ille preruptus aque mons.
Patres uestros (ut iudee fabule ferunt) rubri maris unda, muri specie,
transeuntes circumuallauerit. romana fortitudo murum oceani per
fregit. Non inuide uobis aliena beneficia. Viderit uos mare et
fugerit: ut clausi ab hoste fugeretis. quia prius per se hostem non po
teratis nec sustinere. Nobis fuga oceani dampno fuisset: si fugis
set. Gessimus ante bellum cum fluctibus insanum mare ante su
perauimus, quam ad hostem perueniremus. Excepit nos britannia iam
uictores elementorum. quibus illi fidebant nos subegimus: ut ad
triumphi cumulum ipse oceanus accederet. Sed forte de uirtute
corporis presumebatis. Numquid uos germanis fortiores? quos
septos alpium muro fortitudo romana in seruitutem deduxit?
Nec illa similia tauri montis a diuersis collibus. aut canopeis agmi
nibus egyptiorum cum quibus uobis bellandi usus est. Supra nu
bes ascendimus. et de nube preruptos descendentes uicimus. aerium
uictis apium? iter equoreum uobis non inuidemus, dum illud
triumphantium fuerit: hoc fugientium. Romane itaque uirtuti

conſederunt monteſ. amneſ exaruerūt, amiſſo curſu quē natura
direxerat. & inflexo quo uictores iubebant. Conuerſus ſit iorda [ſ. retrorſum]
niſ ur̄ ut dicitiſ. atq; in fontem reuerterit, ut uobiſ iter pande
cloelia — ret: nō egit eo cloelia romana ūgo. que ruptiſ uinculiſ hoſtem — Romana Virgo
euaſit. & fluuio decurrenſ: romaniſ ſe intulit caſtris. Nec in
cendia urā miram̄: de quib; hebreos pueros euaſiſſe: maximoſ
edere cantuſ ſoletis: Mutiuſ nr̄ nullo cogente, manum admouit — Mutius.
ignib; nec remouit, donec uictor incendij miraculū hoſtibuſ
ſue infunderet fortitudiniſ: que flammas non ſenſerit. Deniq;
pacem rogarunt q̄ triumphū ſꝑabant: An ū celeſtia illa nos
extulere pabula: & eſca pluuiarum: aduerſus uirtutem roma
nam? Sed conſiderare debuit, altricem ipſam orbis terrarum
affricam: ēē ſubiectam romana fortitudine. Nobis ſeruit. que — Affrica.
omneſ alit in nrā ꝑtāte eſt fameſ omnium, & uictus uniuer
ſor. Qd natura omnib; dedit: ūtuſ romana iuſ ſuū fecit. Ip
ſum hannibalem ꝑpulit, & in exilium coegit. quem nō capiebat — Hanibal.
orbis terrarū. Anguſtior cui buſ affrica fuit. non idonee ad de
morandum uiſe hiſpanie, arta uianti gallia, Indigna italia — hiſpania. Gallia. Italia.
amicitie federe, & ſocietatiſ conſortio. Iactetiſ liceat ꝙ fulmina
militauerint uobis. celeſtes poteſtateſ pugnauerint. noſ hanniba
lem inceſtantem fulminib; uicinius. atq; intonantem mundi
ipſius tempeſtatibus. Quatiebatur mūdus & ille muroſ nrōs
armiſ pulſabat. Neq; uero neceſſarium fuit ut hoſtes noſtri,
ſicut aſſyrij uiri, dormienteſ extinguerentur. ſed preliantes. Nō
ē in ſompniſ uictoria queritur. Sed in ꝑlio. Nō uirtutiſ ado
rea eſt, ubi fortuita grā [ſ. eſt]. hoſtes nrī non aquarū rutilo decepti,
renitentium ad ſolis exortum, in manuſ nrās inconſultiuſ in
ciderent: dum fuſi ſanguiniſ ſpecie nos extinctos putant. ſed

ſcientes & ad bellum parati, campos terrarum corporibus ſuis
texere. at proprio ſanguine impleuerunt. Que uos fortitudo in
tanta poſuit inſolentia? Non uidebatis eos ſeruire nobis, qui
uobis imperitarunt? Egyptus quae uos affligere ſolebat: nobis
annuum pendit tributum. & uiam prebet uſque ad indicos tractus.
extra orbem terrarum egredi, atque alterum orbem querere: ma
ris ſecreta, ſolis oceanique ultima, & alterius orbis incolas, noſtro
imperio adiungere. Quid antiochi regnum, qui uos grauibus
ſuppliciis affecit? ius quod ipſum eripuit religionis. Quod nos ipſi
uobis refudimus. glorioſius arbitrantes imperare regibus, quam reg
num tollere. Ipſa ſ. ſolita auferre antiochia ſedes dominorum ueſtrorum
non ſtudioſe ſuos repudiauit: & nos dominos elegit. Vos ipſi non ad nos
confugiſtis: ut illos dominos fugeretis? Immo ipſi uos ſuſcepimus & aduer
ſum illos defendimus. Seruauimus uobis ut ueſtris legibus uiueretis.
dedimus poteſtatem ueſtris inſeruire cultibus. ſacra ueſtra ſcire
noluimus. ſed honorauimus. poſtea rebellandum putaſtis. Pom
Pompeius. peius templum cepit: ſed non diruit. urbem occupauit: ſed reſer
uauit. Integra omnia reſeruauit donaria. Pro quibus o ironice grati ſocii
hanc uicem nobis impendiſtis: ut tertio rebellaretis? Fuerit ne
ro deſpiciendus. ſed non in uno romana uirtus expendebatur.
Sed habebat militem ueſpaſianum: qui iam ad patrem reuocaue
rat gallias. tam fortis imperio: ut per illum & nero uinceret. per
illum nero eſſet hoſtibus formidabilis. tam fidelis domino
principi ut ſolus imperium non quereret: quod ſolus merebatur.
Ceſtius. Sed ſi ceſtius leſerat, querelam deferri debuit: non arma irro
gari. Miſſus pater ueſpaſianus, qui potuit impulſus in imperatores
ſe effundere: galileam circuibat. longinquam exurebat: ut
uos deponeretis inſolentiam: ueniam poſtularetis. oſtendit

ũtutem · & cum uniũſos clauſos teneret/egiptum petiit · ut
inducias reſipiſcendi daret. Inſolentiores uos nr̃a abſentia
fecit: quia nos occupatos putaſtis. Sed nũq̃ ita occupati ſum9/
ut abſentes ſimus orbi terrarum. Nam & abſentes aſſumus.
& longe poſitis ꝓpius aſſiſtimus. Namq; ut aĩa in corpe omĩa
membra uiuificat ſua: ſic romana prudentia omnibȝ imperij
ſui ptibȝ ad eſt · & totum orbem romanũ tanq̃ preſens gubernat.
Nam ſi ſinglis animis uis illa diuina, regendi corpis uirtutem
dedit: q̃to magis romano uigori: quo quaſi unum tocius imperij
nr̃i corpus aĩatur: Tuendi ei9 uitalem q̃dam ſbam ſubmiſtra
uit. Suſpenſum itaq; bellum uos repaſtis. Profecturus itaq; pr̃ .i. veſpaſianus
ad urbem romam, a tirannis recipiendam: me a ſua diuiſit
ſocietate: ne uob ſue pietatis executor deeſſet. Veni ad bellum
ſpecie terrentis affectu rogantis. Quotiens a membris ueſtris
reuocaui exercitum. quotiens poſtea a penetralibȝ templi retraxi.
quotiens reſtinxi incendia. quotiens monui, ſed nũq̃ audiſtis.
Hunccine demum rogatis: q̃ iam quicquam ſupſit, quale iam
conſumptum eſt? & tñ a cede. incendio. direptione: exemi mili
tem. Quid deſideratis? q̃d adhuc ſtatis armati? q̃ſi daturi
leges non accepturi? Si deditionem petitis, deponite arma: iã
nõ metuenda uictoribȝ. ſed ſupba uictis. & plena inſolentie.
ut armati rogetis: quaſi de fide nr̃a dubitandum uob ſit. Aut
adhuc uirtutem laceſſitis, bellum minantes? ꝓpls extinctꝰ
eſt. templum ardet. urbem tenem9. Quid reliqui ſperatis: niſi
ut uita uobis donetur? Proinde ponite arma q̃ſi uicti. uiue
re uobis donabo: & ſi non meremini. q̃a noluiſtis que ueſtra
ſunt, uobiſcum ſeruare. Tunc illi iudei petere ceperunt: ut ſibi obſtric
tis ſacramento: ne unq̃ ſe romanis traderent: egrediendi p muꝛ

potestatem daret: quo cum suis familijs in desertum pgerent.
urbem romanis cedentes. Eo cōmotior titus; etiam ne inquit con
ditiones nobis impatis. Qui potius defensate patriam. adestote
templo. omni uirtute insurgite. seruate sacramentum mortis:
qm̄ uite repudiastis. & simul iubet insurgere romanos in ne
cem hostium. Plurimi cepe grauiore uictorum indignatione
labefactari. tradiderunt se tñ zara regis filij. & fr̄es eius plurimi
cū ipis de plebe. Nec titus quāuis excitatus ad iracundiam: ppo
situm suum soluit, tōtuitu regalis fastigij. sed recepit confugien
tes. Solius tñ pietatis qd̄ maximum est lucrum fecit. Nam pre
dam omnem domus regie seditionis auctores diripuere: ut
nichil ex ea ad romanos perueniret. Simul aūt ut facto impetu
in aulam irruere: duos de romanis militibus inuadentes: u
nū pedestris militie uirum trucidauerunt. Eques uero popos
cit se ad simonem duci. allegans habere se que memorato in
sinuaret pncipi seditionum. Sed perductus ad eum cum ua

Magna equitis Romani fortuna.

na quedam adtexeret: pimi iussus est. Dum pcussor morat:
clausis iam fasciola oculis: sese pripuit ad romanos. Quo to
minus prehantes suscepere fugientem. pductumq; ad sese titus
qa indignum uiri morte qui ab hoste uiuus potuerit capi: exu
tum armis iussit dimitti [s. uitam]. reseruans ei qd̄ per hostis ignaui
am non amiserat. & auferens militie sacramentum: qd̄ captus
pdidit. fugitiuus dehonestauit. id illi maiori supplicio fuit. Apud
uiros enim grauiora militie pbra quam mortis uulnera sunt.
Repulsi tñ illico iudei ad superiora urbis se cōtulere: relicta
templi & urbis defensione. Strages magna in eos qui resider&
exercebatur. seminecibz aut cadaueribz replete uie. Iussit ce
sar etiam ad supiora admoueri machinas. Quod uidentes idu

ma degerunt

mei, degerunt uiros quos ad titum miserunt: qui deditionem rogarent. Et cognito simon peruenit. & electos quidam peten-de deditionis uiros intercepit. Sed idumei non multo post, quamuis destituti adiumento principum, cum sustinere uim diutius nequirent: tradidere se exercitui romano. Ita primum fame, & ad postremum desperatio resistendi: deditionem patrauit. nec romani multa cede iam fessi, abnuebant uite indulgentiam. & studio captiua mancipia uendendi: pronciores erant ad reseruandam salutem. Plurimi uenales. sed pauci emptores. quia & romani habere in seruitutem iudeos dedignabantur. Nec iudei superant qui redimerent suos: cum se euasisse unusquisque ut mopem gratularetur. Passim itaque se tradebant. remoto metu. quoniam latrones aberant. romani ignoscebant. Denique & iesus unus ex sacerdotibus thebuti filius se dedit. & uasa sacerdotalium ministeriorum lucernas. duas mensas. crateras & fialas & omnia uasa aurea. Sed & pipetasmata & indumenta principum sacerdotii, cum lapidibus: accepta fide salutis, uolens tradidit. Comprehensus etiam finees custos gazophilacii: demonstrauit sacerdotum purpuram multam & coccum & alia complura que ad usum reseruabantur. cum quibus cinnamonum, & casiam, & aromata plurima, & thymiamata. Vasa quoque sacramentorum multa etiam ipse tradidit. & uestem sacratam. Sed coactus metu: uenia & ueniabile apud suos flagitium fuit. Tamen & si uoluntas defuit: deesse uirtus non debuit. licet plerumque seuerius iudicemus quam precauere possimus: si ipsi in tali uersemur necessitate. refugere tamen debemus facti ministerium & iudicium perditionis. Iamque insurrexerunt aggeres. sed & ferire ceperunt arietes murum superiorem. septimo die mensis quem gorpi

eum nuncupant. Ventum ad suppremum. Conturbati & perterriti, ipsi quoque factionis principes, qui in extremis insultabant periculis: ad genua singulorum aduoluebantur opem orantes. Cernere erat quam miserabilis illa mutatio foret: ex illo terribili ac superbo fastigio in hanc humilem ac plebeiam deiectionem in lacrimas. fletus. pauorem. Nec dum cesserat murus urbis superioris iam illi percursabant singulos: nihil superesse presidii ingemiscentes. hostem ingressum arbitrabantur. Plerique tamquam iam de superioribus pugnantes romanos uidere sibi uidebantur. Quod metuebant animo/oculis prefigurabant. & mentis pauor fiebat imago uisus. Denique pro certo iam hostem incumbere ceruicibus suis credentes: quibus adhuc tres turres marianne. & faselus. & equestris superant, ceteris ualidiores: deseruerunt.

Johanes tradit se Tito.

superiora confugientes ad ypogea: ut retrusos specus. Iohannes tamen non multo post fame tabidus, & confectus ieiunio: tradidit se cesari. Qui reseruatus ad triumphum, sed perpetuis uinculis innodatus: usque ad mortem trahens magis spiritum uite, quam

Simon latuit.

ullam uoluptatem uiuendi expertus: euasit securim. Simon autem latuit etiam intra exuste urbis ruinas. in ypogeis secum paucis reconditis fidelioribus. Iam cesar discesserat cremata urbe: estimans etiam simonem aut igni exustum. aut ruina oppressum. aut a quocumque peremptum milite. Verum ille quam diu cibus suppetebat ei: in defossis specubus defodiebat introrsum. Sed ubi cibus defecit, & nullus euadendi exitus patuit: subito ad superiora erepsit: indutus ueste candida. & purpureo desuper uestimento. ut terrorem quendam incuteret aspicientibus. Qui primo stupentibus militibus romanis: mandat

Ruffus Teretius.

ut ducem suum deducerent. Erat in eo loco rufus terentius.

quem titus in loco prefectum militie dereliquerat. Quo ad
ueniente interrogatus quis esset: primo alia post simonē
confessus est. Vinctus missus ad cesarem & ipse ad triumphū
seruatus. sed quia crudelia exercuerat in ciues nec se cesari
tradiderat: post triumphi pompam neci adiudicatus.
Octauo die gorpiei mensis concremata est ciuitas. cesa per
omne tempus obsidionis innumera milia. Decies centena
milia plerique asserunt. Iudeorum tamen omnium sed nō omniū
eiusdem regionis ac loci. quia eo undique conuenerunt paschalis
tempore solempnitatis. Captiui abducti ad nonaginta sep
tem milia. latrones prope omnes perempti statim. Qui ualidio
res erant per triumphum ducti. postea bestiis obiecti. ce
terisque suppliciis dati: per singulas ferme urbes, qua iter
agebat titus. ut per multos rebellionum supplicio metum
spargeret. Per idem tempus alani gens fera & diu ignota nrīs:
quod interiorum locorum difficultate & claustro porte ferree quam
magnus alexander prerupti montis imposuit iugo: cum cete
ris feris & indomitis introrsum gentibus cohibebantur. Inco
lebant scythicum tanaim finitimaque eius & meotidis paludes
uelut quodam clausi carcere [alter] memorati ingenio regis ut suas
terras exercerent. alienas non incursarent. Sed siue obsteri
litatem locorum quod auari uotis agricole spatia culture non res
ponderet fecunditas: siue predandi cupidine: regem hircanorum
qui locis preerat sollicitarunt precio. ne an dissentione inter
se gentium incertum: ut reserata porta, eruptionis sibi co
piam daret. Quo impetrato: infudere se genti medorum.
& imparata breui uelocibus equis & aliis pariter ad dexte
ram nexis in quos peritus cum foret libitum desilirent: totā

Decies centena milia Iudeorum cesa in obsidione Ierusalem. Capti lxxxxvii milia.

Alanorum gens. N.

Pacorus Rex Medorum.

Tiriades Armenie Rex.

prope modum regionem percursavere. ut primo perturbarent
omnia. maiorisque multitudinis speciem darent. adversus
quam nullus fuge locus vacaret. Deinde circumvenientes omnibus:
quantam vellent (strage edita) predam abducerent. Erat enim
regio populis frequens. & pecoris abundans. que nullo resistente,
facile patuit direptioni. Siquidem ipse pacorus medorum rex,
in abstrusa loca se contulit. saluti potius quam regno consulens.
ita ut uxor eius ac liberi, ut concubine, capte ab alanis: centum
talentis postea redimerentur. Nec tiridates armenie rex im
munis periculi fuit. sed alieno malo cautior, pestem providit.
& viriliter quidem voluit occurrere: ut affinibus suis hostem
arceret. Dum preliatur, cum iaculo insertus, in potestatem
hostium vivus concesserat. ni parato gladio, nodum informem
velociter intercidisset. Namque insolentia quadam proprie forti
tudinis, & in ceteros despectu superbo, simul ut familiarem
sibi eminus decernendi consuetudinem, refugiendique facilita
tem tali fraude pretexerent: laqueos iacere, atque hostem in
nectere: ars alanis, bellandique mos est. Fugit itaque tiridates. cui
evasisse satis fuit. regnum autem suum depopulandum reliquit.
Nam quasi accepta iniuria, quod congredi ausus foret: vehementius
armeniam quam medie regnum devastaverunt [i. alani]. Opimi ita
que utriusque regni spoliis, ad propria recursum fecere. Quorum comperta
incursione: titus antiochiam contendit. Sensim tamen ut triumpha
torem decebat. causamque dissimulans. per singulas urbes cele
brabat pompam victorie. Perimebantur in harena iudei quicumque
pergebat. ac dilacerati a bestiis pendebant merita rebellionis. An
tiochie quoque eos vetustis odiis gentilis populus insectabatur. eo
quod reges persarum, quae de ierosolimitana urbe donaria iure

uictorie uindicauerant, ſinagogiſ contulerant antiochenis.
x deſuo quoq; alia largitati. Itaq; congeſte opeſ inuidiam facile
mouere. Nam ut illa nūc omittamuſ, quæ aduerſum macha
beoſ geſſerint ſacerdotij cōpetitoreſ: & q̄te cladi ciuium fuerit ābitio, ſicut ſup̄ memorauim9: antiochuſ poſtea non ignobili gene
re ortuſ: ſed moribꝫ perdituſ: affic to crimine q̄d iudei urbem
antiochiam incendio exurere conſpirauiſſent: patrem ꝓpriū
qui eſſet de iudeorū p̄moribuſ: & pleroſq; alios inſimulatoſ gen
tilis impetu multitudinis, ad mortem coegit. Nec eo parricidio,
alioruq; cede exſaturatuſ quieuit. ſed poſtea quoq; nactuſ
facultatem: q̄d fortuitu incendio acciderat eiuſdem urbis
porticus & tetragonum, plateam, maximamq; ꝑtem edificiorū
cremari fraude predicte coniurationiſ, iterum iudeos urgere
cepit, atq; inceſſere. at ꝓpe uniuerſorum ſtragem feciſſet: n̄ ad
uenienti tito reſeruata cognicio foret. metu, ne ceſar uſurpato
plurimorum ſupplicio cōmoueretur. Ea res iudeis ſaluti fuit.
Maſade quoq;, plurimi ſe iudeorū, freti loci munimine, congre
gauere. cui9 expugnandi negotium tituſ indignum arbitrat9:
q̄d imꝑatorem teneret: ſilue mandauit. cui ſummam in iſdem
locis milicie romane: cauendiq;, nequid iterum rebellioniſ oriret̄:
commiſerat. ip̄e alexandriam contendit: & inde romam nauigio
tr̄āſmiſit. Silua grauiter (·i· fortiter) inſiſtenſ iniuncto ſibi muneri: maſade
murū ariete diſſoluit. illi interiorem ligno cōpoſuere. eo q̄d abhui9
modi ictuſ machinamētorum, muralis materieſ facile nō cede
ret. ſed romani mutato bellandi genere ignem iecere. & quia fa
cile ligno adheſit: & ſine ulla adoleuit mora. Magnuſ itaq; ad
ultuſ incendio, flamme ferebatur fragor. q̄ p̄mum boree ſpira
mine, a munitioniſ partibꝰ repellebatur. & romanorum magiſ

Antiochuſ.

Maſſada.

Siluas dux.

i. masadam

uineas exurebat. Deinde exorto nothi spiramine. in castellum se retorsit. ita ut conflagraret omnis ille ligneus muralis obiectus materie consumpte. Romani (quia nox interuenerat) securi uictorie, in castra sese recipiunt. ut sequenti die nudatos iam atque omni exutos subsidio debellarent. Sed nequis laberetur, intextis castellum custodiis circumuallarunt. Desperatis itaque rebus,

Eleazarus.

eleazarus auctor turbarum: uidens nihil presidii superesse: hunc sermonem adorsus est. quem nos, quasi epilogum quendam, claudendo operi, deplorabilem more rethorico, non pretermisimus.

eleazars

i. orti ab abraam

Eleazari Oro ad Iudeos de morte non formidanda.

Quid agimus abrahamide uiri, genus regale, sacerdotalis quae uirtute insuperabiles. Non enim exeuentu uictorie que frequenter incerta est: sed ex proposito constantia, uirtus expectatur. Vnde conterere liquet. quia hostem subicere sortis est: non mutare mentem uirtutis est. Iure ergo insuperabiles uos dixerim: si nullus adhuc uos mortis uicerit metus. Sed nonne ita uos pater instituit abraham: qui in filio unico, docuit non mortem eius: sed inmortalitatem futuram. si pro religione immolaretur.

ysaac

Abraham.

Iosias.

Quid iosiam predicem: quo nemo melior fuit interpres religionis: contemptor mortis. assertor libertatis. Namque is in illo suggestu regali locatus: cum liceret differre mortem: tamen quia uidebat propter peccata grauia, captiuitatem plebis isrl futuram: bello se alieno miscuit. uitam refugit. Clamabat necao, non aduersus te missus sum: sed aduersus regem isrl. ille tamen non prius recessit, quam letalem sagitte ictum subiret. Quo fusus uulnere. indicio nobis est utrum in bello meritum, an casus preponderet. Victus est iosias priorum instaurator sacrorum uicit necao omnium sceleratissimus. sed ille uictus nunc cum angelis est. hic uictor in suppliciis est. Quis est qui nescit non in hac

Nota de inmortalitate

uita repositam esse mercedem hominibus: sed post huius absolutionem certaminis. Hic enim currimus, ut illic ad palmam perueniamus. Hic certamen. ibi premium est. Non ergo ulla illic longeue etatis gratia est. Denique abel cito occidit. cain superuixit. Ita mors innocentie fuit. et uite erumpna. Ex illo in eandem sortem successimus: ut uiuere miserrimum fieret. mori beatum. Quid est uita, nisi carcer anime: quo intra hoc ergastulum clauditur. et carnali adheret consortio? Cuius infirmitatibus quatitur. labore affligitur. ira conteritur. attenditur cupiditatibus. uexatur furore. nec se facile attollere potest, humi nexa. contrecta puluere. stricta uinculo. neruis irretita. non mediocris (s. est anime) tamen potestas, ut corpus uiuificet. atque infundat insensibili materie sensus uigorem. et hoc inuisibiliter singulis anima sua conferat. totumque hominem regat. atque ultra mortalem prouehat fragilitatem: ut cognitionem capiat secretorum celestium. mentem intendat futuris. Itaque ad imaginem similitudinemque sui principii (s. dei) non uidetur: cum sit in corpore sita. nec corporalibus oculis cernitur. nec ingressus eius aut exitus ullo aspectu deprehenditur. instar quoddam diuini muneris representans. Cum ingreditur, uitam infundit. cum excedit corpore: mortem operatur. Ubi anima ibi uita. ubi ea defuerit: ibi mors est. Quicquid inuiserit exsuscitat. quicquid reliquerit statim soluitur. et continuo marcessit. Infusione anime mortuus resurgit. discessione unius (uiuus) exanimatur. Quis ergo dubitet quod ei inesse uidetur immortalitatis operatio: cui usus sit mortem auertere? Ea tamen sibi oneri est, quamuis aliis ad usum redundet. et quod corpori donat: sibi detrahit. Grauatur enim, et quasi in terram inclinatur, cum isto mortali corpore. Itaque uita corporis, anime mors est. et rursus corporis mors, a

supmansit

Abel & Caim

De anima . N.

nime libertaſ uidetur. Dum enim ſumuſ in iſto corpore, ſeruit
anima noſtra. ac miſeram quidem ſeruitutem patitur: que de
paradiſo exulat. & a ſuo principe peregrinatur. Ubi aūt fuerit
iſtiuſ carniſ abſoluta uinculis: in illum purum & ſplendidum
ſuperiorem reuolat locum. atq; adeſt dn̄o deo ſuo. ſanctorumq;
habitaculis fruitur. & beatorꝝ conſortijs gaudet: qđ nullam iam
habeat cum mortuo ſocietatem. & contubernium cadaueris
dereliquerit. Aſpirat ei celeſtis grā. nec ulla eam curarum hūa
narum ſollicitat exagitatio. Inditio nob̄ eſt quies: quantam a
nima poſt obitum corporiſ reſumat grām. Sopito enī corpore,
& q̄ſi mortuiſ eiuſ cupiditatib;/ atq; uniuerſis motib; cum ſcīs
ſepiuſ conuerſamur. recipimuſ quoſ amiſim;. ut nobis & ab
ſentes aſſint. & mortui uiuant. & omniſ quieſcat dolor. Appro
quemuſ & confabulemur deo. cognoſcamuſ futura. affectis re
quieſ: ſeruiſ libertaſ ſit. Quid ġ dormienteſ ſompniamuſ: hoc
defuncti adipiſcimur. & quod in ſompno imago: hoc in morte
ueritatiſ poſſeſſio eſt. & libertatiſ grā. Vnde non nullis gentibuſ
moſ eſt ut ortuſ hominum fletibus: & occaſus gaudijs pſeqūt.
qđ illos ad erumpnam generatoſ doleant. hos ad beatitudinem
rediſſe gratulentur. Illorum aīaſ ad ſeruitutem ueniſſe inge
miſcant. iſtorꝝ ad libertatem regreſſas gaudeant. Indorum quo
q; ſapientes feruntur cum moriendi affectum induerint. p
teſtari qđ diſcedere uelint. neq; ullum obſtrepe. Demq; ū appa
ratuſ mortiſ pceſſerit: inſilere letoſ ardentem piram. & aſtā
tib; ualedicere. Dolere mulieres, quaſi ſubſidio deſtitutaſ. uel
liberos paruulos qđ derelinquantur. Benedicere alioſ, nec
inuidere: quod ad melioreſ inhabitatoreſ, ſplendidiora loca:
puriora feſtinent cōſortia. Quid igitur de nobiſ aliud opinari

poſſum? cum etiam barbariſ gentibuſ, libertatem ſequendi moſ ſit? Libertas.
Iam dudum itaq; uoſ optime mihi cognitoſ: & inſtitutiſ patriſ
reſpondere paratoſ. quod neq; romaniſ, neq; cuiquam genti, niſi ſoli deo
ſeruiendum putetiſ. qui ſoluſ iuſtuſ, & ueruſ omnium dominuſ ſit.
Dies aduenit, qui probare operibuſ uoluntatem exigat. nec deho
neſtare ueteriſ indoliſ claritudinem. ut in libertatem geniti, do
minationi uoſ hominum ſubiciatiſ. preſertim cum licuerit uo
bis ante ſeruire ſine periculo. nunc autem neceſſe ſit, dura ſup
plicia ſuſcipere cum ſeruitute: ſi romanorum imperio ſeruitu
ros noſ offeramuſ. quoſ primi omnium bello laceſſiuimuſ. &
ultimi adhuc armiſ tenemus? [i. tuto] Imperatori non dedimuſ manuſ pa
cem offerenti. ſiue [q. d. non] dabimuſ acerbitatem minanti? O miſeri
ad quam ſpem iſtiuſ uite noſ reſeruauimuſ? Eſto hoſtiſ ignoſ
s. A cat: quid proderit cum offenſa dei clara ſit? Igneſ ab hoſte in noſ
uerſi. mutata uentorum flamma. flamme retorte, ut noſtra ſubſi
dia deuicerentur. Quiſ poterit aduerſante deo uincere? Nulluſ ue
nie locuſ. ſed manifeſtum imperium mortiſ uoluntarie. Quid
eſt nox interuenit? non ut noſ hoſtiſ non preueniret: nec deuſto mu
rali ſubſidio continuo irrumperet? ſed ut nobiſ exercende mu
tue necis tempuſ reſeruaretur. liceretq; cum liberis noſtris & ne
ceſſitudinibus mori ne uideremuſ anhelos ſeneſ: anuſq;, a roma
niſ protrahi. cariſſimas coniuges, ad uictoris libidinem rapi. Co
moriamur patrie: ne ſuperſtites ſimuſ tanti dedecoriſ opprobrio. Quo
ergo fugiemuſ a facie dei? aut quo ibimuſ infenſo nobis celi domino?
Si cadant ſuper noſ monteſ: & concauiſ ſpecubus abſcondant, quo
modo tamen poterimuſ declinare indignationem tante poteſtatiſ?
Quo eſt progredimur ubi non ſit deus: cum ubiq; ipſe ſit? An medio
cria exempla ſunt, quibuſ doceamur: quod iam dudum genti noſtre

pro peccatis nr̄is infestus sit q̄ presidebat. Quis hoc dubitet: cum uideat qđ in nos conuerse manus nr̄e sint: pluresq; sedi tio domestica, q̄ bellum extinxerit. Non donabo romanis qđ uicerint. nec ipi sibi hoc uindicant. qui sciunt qđ omnes fere potius nr̄is armis q̄ alienis perempti sumus. Que enim arma romana uiderunt cesaream inhabitantes iudei: quorum fe riato die sabbati, inter solemnes nrōꝝ cultus sacrorum, multi tudo gentilium cesariensium, repentino quodam impetu, & misso desuper furore, succensa uiginti milia deuit omnes fu gauit: ut totam urbem exinaniret. Nonne siriam totam q̄ dam impleuit clementia: ut iudei atq; gentiles, in hisdem urbibus siti, & incolatus grā sibi prius nexi. postea inter se armis colliderent: quo romanis uadum future uictorie con stitueretur. Nam quid de scitopoli loquar: quo iudei primo cōtenderant, ut gentilem pp̄lm preuenirent. ne quid aduersus nostros, exemplo ceterarum urbium machinaretur. Itaq; quos par fuit, coniunctis aduersum alienigenas uiribꝫ, bello decernere: econtrario aduersum se iudei decertauerunt. ut pars eoꝝ, aduersum cognatos & pximos suos, cum gentilibꝫ preliaretur. dein ipi pro pretio laboris, & impensi sanguinis, a gentilibꝫ pimerentur: qđ phibuerunt fieri ipi a gentibus. Damasceni nulla existente causa: octo milia iudeoꝝ strauerunt. Ascalonite duo milia quīgentos. In urbe quoq; cui ptolomais nomen: cesa duo milia. Alexandrie uero uetus erat odium inter iudeos & gentium pp̄los. exquo magnus alexander usus est studio iudeoꝝ adegiptios subiciendos. Vnde condita ur be, exquo iudeis & egipciis attributa priuilegia & habita tiones diuerse, ne eoꝝ cultus pmisceretur: qui purificatoēs

Cesarienses. | Sirij. | Scitopolite. | Damasceni. | Ascalonite. | ptolomaida. | Alexandrieses.

suas, sine ulla uolebant seruare cõtagione. Hinc frequen
tes inter eos conflictus fuere. exorta iurgia. iudicium pe
titum. nihil tñ ex tanti regis temeratum liquet fuisse
beneficiis. sed postea a gentilibz exorto tumultu: cum iu
deorū necati aliqui: ad penam alii detinerentur: iniuria
motus iudeorū ppl's: aduersum auctores iniurie insurrex
isse. Et cum ptinatius se de ciuibz ultum iri uellent: induc
(s. fuit) tum exercitum romanum: qui sexaginta duo iudeorū mi
lia intra urbem fuderit. Verum quid in leuioribz moror:
tum excidium totius orbis inuni⁹ ciuitatis ruina deplorā
dum nõb sit. Ubi est magna ciuitas ierlm. ù decora syon. — Eleazar deplorat ierlm excidium.
ubi templum mirabile. ubi secūdum illud tabernaculum sti
tatis sacrarium (s. ubi est) qđ solus semel in anno pnceps sacerdotum
solebat intrare: non sine sanguine quem pro se offerret, & ppli
delictis? pphanatum est a gentibus. habitant in reliquiis
urbis, qui eam destruxerunt. Ubi inquam est ciuitas referta — Laudes ierusalem.
ppl's. uenerabilis gentibz. acceptabilis deo. gr̄e sedes. paui
menta tua de marmore. parietes tui fulgentes marmore.
Culmina tua pretioso splendebant marmore. porte tue au
ro micantes. alie argento renitentes, omnes interfecti. &
qui te iugiter inhabitabant. & q̄ ad te ex totius orbis terrarū
partibz cõueniebant. ut nõ dubium sit totum uite mundū
perisse. Nuda omnia a culminibz cremata a fundamentis
diruta. facta est habitatio tua deserta. nec est qui in taber
naculis tuis inhabitet. & adhuc quenq̄ uiuere libet. & non
uixisse penitet? Duri oculi qui hec possunt uidere. inmites
animi, q uelle possunt, qđ tantis supsint doloribz. Non q
defecerint clades: sed qm nulla requies. Quo ē circūferem⁹

oculoſ. aut quid cernere delectet? Urbs tota mortuorum ſepul
crum eſt. ſole ſpectantibus occurrunt fauille. uie uacue iuuen
tium replete cadaueribus. Miſeri ſenioreſ, cinerulenta canitie,
& ſciſſo amictu, ſupra reliquiaſ mortuorum ſedent. nuda tegen
teſ oſſa: quo defendant a uolatilibus ac beſtiiſ. Mulieres pauce
in limine. quaſ mileſ impuriſ ad turpitudinem, non ad uitam ſer
uauerit. Quiſ hec uidens, & de compendinatione uiuendi cogitans,
audeat ad celum leuare oculos? Quiſ ſit immemor patrie. hoſ
tis ſuorum. pietatiſ alienuſ. experſ dulcedinis. cuius tam ſemiuiri
ſit moliſ ſpiritus? Quiſ ita meticuloſus, quem non pudeat hiis
reſeruandum? Utinam quidem olim defuncti eſſemus. Aut ſi uita
ſupereſſet: oculorum lumen periſſet; priuſquam ſanctam urbem dirutam,
hoſtium manibus intueremur. templumque hoc a maioribus noſtris
ſacratum deo: tam impie flammiſ cremari: aut ſacerdoteſ in
templo conſpiceremuſ interfectos iacere. Emendemuſ ergo quod hiſ
ſuperuiximuſ maliſ. ut uideamur non uite ſtudio diſtuliſſe mor
tem: ſed uirtutiſ intentione. Circumuallauit hoſtis omne mu
nimentum. nil ſuper eſt niſi aut noſ aut coniugeſ noſtre. Iam ſibi filios
.i. mercatura. quia eoſ uendunt.
noſtros in auctione conſtituunt. certantque inter ſe, quiſ cuius abdu
cat coniugem. utrum pro dignitatum meritiſ perſonarum uel or
dinibus, diſtribuende ſint. an ſortituſ cogende ſubire miſerabi
les. Nobis quoque parantur prodigia penarum. tormenta exquiſi
tiſſima. non ſolum ardenteſ flamme, aut diuerſe neces, uel
crucis ictuſ ſecuriſ. Duro quidem post uincula post carcerem post iu
gum ſupplicio. ſed tolerabiliore uiris quod ludibrio uacet. ſed
etiam auulſi artuſ uiuentibus & precipue truncate manus.
nec immerito. quia defuerunt ſuo muneri, cum poſſent ſibi ſub
.i. ſunt nobis
uenire. Subeundi quoque morſus ferarum, ad hunc totum ſpecta

v

culum: quod diuerſis iam celebratur hareniſ urbium. ut exem
plo nobis eſſe debet pudendum. ut uſu miſerabili. ut reſeruemur
aut beſtyſ/aut feris ad perituri. Quid ergo moramur? iam non eſt li
berum nobiſ quod metuimuſ euadere. Si liberoſ interficere no
lumus per miſericordiam. aut noſmet ipſoſ per uirtutem: neceſ
ſe erit ut germanos aut propinquoſ noſtroſ interficiamus per flagiti
um. hoc ſuadet affectuſ. illud uictores exigunt. Si nolumus
exequi miniſterium pietatis; cogemur ſubire pompe parri
cidalis ludibrium. Adoriamur ergo quod proſit liberis: coniugibus
ue noſtriſ. Si infirmioreſ ſumus/auferamuſ eos cruciatibus futu
ris. Si fortiores: uincamuſ compaſſiones parentum. affectus
neceſſitudinum. & in hoc uincamus hoſtem: cui predam tol
limuſ. hoc uirtuſ exigit. hoc pudor ſuadet. Non timere mor
tem uirtutiſ eſt. & enim ad mortem omneſ naſcimur & ad
mortem generamuſ liberoſ. quorum morſ nature aſſignatur:
captiuitaſ probro datur. Ergo quoſ non potuimus periculo eri
pere: eripiamuſ ludibrio. Miſereamini ergo patres liberorum.
mariti coniugum. Omnes paruulorum miſereamur. quod eſt p̄papuum
f. misereamur
noſtrum: dum eſt miſerandi poteſtas. ut de noſtro miſereamur: ne ad
dedecuſ/& nati uideamur & reſeruati. Quiſ enim poſſit peri pr̄s
aū ora filiorum: filios in conſpectu parentum interfici? Trahi
canicie feſſos ſeneſ/uel ad necem. uel quod peiuſ eſt ad ſeruitutem?
Mulieres ſparſis crinibuſ duci ſub conſpectu coniugum. & uio
lenter ad opprobrium trahi? Audire uocem paruuli uagientis.
uocantis patrem: ut auxilio ſit petentium. iam fruſtra audi
as reuinctuſ manuſ & captiue ceruicis iugo ſubditus? Ergo
dum adhuc libere manuſ ſunt. dum ferrum ſtringimuſ: aggre
diamur opus/quod uictor hoſtis miretur. Mulieres noſtre ſuppre

mum coniugale munus dilectionis; qui dotale recipiant patrimonium. Has illis claues refundimus, nouo sanguinis testamento. ut sint nostre heredes libertatis. hoc ipso hortentur. certe merentur que uolunt: cogende que refugiunt. Nec paruuli ferrum pauebunt quod pietatem nesciunt, quod suscipere a parentibus piis debent: ut uere fiant liberi. Nobis quoque quid erit prestantius? Si exuramus prius castellum. frumenta tamen non reseruemus. ne putent nos fame potius coactos; quam studio uirtutis inuitatos: mutue necis arripuisse ministerium. Donamus illis escas refertas sanguine. Et si eas flamma exusserit: index ipse frugum incensarum, indicio erit perisse obsidentibus, quod obsessis abundauerint. Post hec unusquisque offerat se uulneri. Et moriturus patriam tegat. supremoque amplexu ambiat. fiat nobis patria libertatis sepulcrum: que fuit dignitatis domicilium. Hic tumulus nostra funera decet. ut septo uirtutis tegamur. Tali accensi oratione, ceteri gladios strictes tenebant. oscula dabant coniugibus. amplexu suscipiebant liberos. illacrimantes simul, et festinantes, ut hostis preueniretur. Hec uobis inquiunt amoris pignora damus, supreme solatia necessitatis. Et compresso uiriliter affectu: passionem excluserunt. cedem implebant. Impauide mulieres se offerebant uulneri: pro conseruatione pudicitie. Mentem quoque ipse suorum induerant uirorum. Cesis itaque necessitudinibus, pignoribus quoque: delegere strenuos: qui supplementa cedis exequerentur. ita fusi omnes nongenti sexaginta, cum paruulis ac mulieribus. Vna mulier sola superfuit. que filios quinque in aque ductu abscondit: dum ceteri supremis intendunt necessitatibus. Ea romanis diluculo aduenientibus ad uoce

finis & effectus orationis Eleazari.

extita iudex negotij fuit · opeſ autem eorum appoſitu ab ipi priuſ ignīſ: conſumpſit · Explicit liber quintus hyſtoriarum Egeſippi hieroſolimitani Exadij a Beato Ambroſio ex greco Sermone in latinum Tranſlatus Decenter

PETRUS LOMER

36—
184

EGESIPPI
DE EXCIDIO
JUDÆORUM
MSS.